tionis eſt cauſa cum ſpiritus carneȝ ⁊ oſſa nō
habeat. Sed hec eſt potiſſima vt per luxurie
vicium vtriuſq; hominis naturā ledant cor-
poris videlicet ⁊ anime vt ſic ad omnia vicia
homines proniores exiſtant. Nec dubiū q̄n
⁊ ſub certis conſtellationibꝰ ſemina vigorare
ſciunt ſub quibus homines etiam concepti
ſemper malicijs exiſtunt deprauati. Unde et
enumeratis ꝑ altiſſimum multis luxurie vi-
cijs a quibus ſuū populum mūdum eſſe vo-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

luit ⁊ quibus infideles irretiti erant. ait Le-
uitici. xviij. Ne polluamini in omnibus his
quibꝫ cōtaminate ſunt gētes quas ego eijciā
ante conſpectum veſtrum e quibus polluta ē
terra cuius ſcelera ego viſitabo. Dicit glo. ſu
per verbo gentes. Demones inquit qui ꝓpter
multitudinem dicūtur gentes vniuerſi ꝙ cū
omni peccato gaudent. precipue tamen forni
catione ⁊ idolatria. quia ī his ⁊ corpus ⁊ ani
ma maculatur ⁊ totus homo qui terra dici-
tur. Omne enim peccatum quodcūqꝫ fecerit
homo extra corpus eſt. qui autem fornicatur
in corpus ſuum peccat. Si cui libet intueri
hiſtorias de incubis ⁊ ſuccubis inſpiciat. vt
ſupra Bedam in hiſtorijs angelorū. ⁊ Guil-
helmū. Thomam deniqꝫ brabātinū in libro
qui de apibus intitulatur. ¶ Ad argumenta
Ad primum de naturali ꝓpagatione inſtitu-
ta a deo inter marem ⁊ feminam dicitur. Q
ſicut dei permiſſione ſacramentum matrimo
nij poteſt opere diaboli viciari per maleficia
vt ſupra patuit. Ita a ſimili ⁊ a fortiori in ꝗ-
libet alio actu venereo inter marem ⁊ feminā.
Sed ſi queritur. Quare potius in actu ⁊ ſu-
per actum venereum diabolo permittitur ma
leficia exercere qꝫ ſuper alios humanos act⁹
Dicitur ꝙ multiplex cauſa aſſignat̄ a docto-
ribus de quibus inferius ſub illa pte vbi de
permiſſione diuina diſcutit̄. Ad preſens ſuf-
ficit cauſa que prius tacta eſt ſcilicet ꝙ pote-
ſtas demonis ē in lumbis hominū. Quia in
ter omnia certamina duriora ſunt prelia cer-
taminis vbi continua pugna ⁊ raro victoria
Nec valet vbi dicitur. ꝙ tunc opus diaboli
eſſet fortius opere dei cum actus matrimo-
niales a deo inſtitutos poſſet viciari. quia nō
viciat per violentiam. imo cum nihil valeat
inficere niſi a deo permiſſus. Ideo magis p
hoc eius impotentia concluditur. ¶ Ad ſe-
cundum. verum eſt ꝙ procreare hominem ē
actus viui corporis. Sed cum dicitur ꝙ de-
mones non poſſunt dare vitam. quia illa flu
it formaliter ab anima. Iterum verum eſt ſed
quia materialiter diſcinditur a ſemine ⁊ de-
mon incubus illud immittere poteſt deo per
mittente per coitum ⁊ non tanqꝫ ab eo deci-
ſum ſed per ſemen alicuius hominis ad hoc
acceptum vt dicit ſanctus doctor in prima p
te. q. li. ar. iij. vtpote quod idem demon qui ē
ſuccubus ad virum fiat incubus ad mulierē
ſicut etiam aliarum rerum ſemina aſſumunt
ad aliquarum rerum generationē. vt Augu-
ſtinus dicit. iij. de trini. Unde ſi queritur cu-
ius filius ſic natus exiſtit. Patet ꝙ non eſt fi
lius demonis ſed illius hominis cuius ē ſe-
men acceptum. Sed cum inſtatur. quod ni-
hil eſt ſuperfluum in operibus angelorum ſi
cut ⁊ nature. conceditur. Sed cum infertur
ꝙ demon poteſt inuiſibiliter ſemen ⁊ recipe-
re ⁊ infundere. verum eſt. hoc autem potius
operatur viſibiliter vt ſuccubus ⁊ incubus
vt ſic per talem ſpurcitiam inficiat corpus et
animam ⁊ in vtroqꝫ homine mulieris ſcilicet
⁊ viri vt in corpore. q. tactum ē. Preterea plu
ra poſſent demones inuiſibiliter qui tamen
non permittuntur etiam ſi vellent exercere. p
mittuntur autem viſibiliter vel in exercitium
bonorum vel correctionem malorum. Poſ-
ſet deniqꝫ cōtingere quod loco demonis ſuc-
cubi alter ſemen reciperet ab eo. et incubum
loco alterius demonis ſe faceret ⁊ hoc tripli-
ci ex cauſa. Puta quia demon deputatus mu
lieri reciperet ſemen ab altero demone depu-
tato viro. vt ſic vnuſquiſqꝫ circa ſibi a prin-
cipe demoniorum commiſſum habeat male-
ficium exercere cum vnicuiqꝫ proprius de-
putetur angelus etiam a malis vel propter
feditatem actus quā demon vnus facere ab-
horreret. cum vt in ſequenti queſtione pare-
bit certi demones ex nobilitate nature certos
actus ⁊ ſpurcitias facere abhorrerent. vel ꝙ
inuiſibiliter loco viri feminis. ſuum ſemē id
eſt ꝙ incubus recepit inuiſibiliter ſe interpo
nendo mulieri intromittat. quam interpoſi-
tionem facere non eſt contra eius naturam.
aut virtutem cum etiam in corpore aſſum-
pto inuiſibiliter ⁊ incontrectabiliter ſe inter-
ponere poteſt ſicut ſupra de illo iuuene qui
ydolum deſponſauerat patuit. ¶ Ad terciū.
Hoc qḋ dicitur ꝙ virtus angeli ē infinita re
ſpectu ſuperiorum. hoc eſt quia eius virtus
comprehendi non poteſt ab inferioribꝫ quin
ſemper ſuperexcedit eam. ita ꝙ non limitatur
ad vnum effectum tātum. Et hoc ideo. quia
ſuprema in entibus habent virtutes maxime
vniuerſales. Unde propter hoc ꝙ eſt infini-
ta ſuperius non poteſt dici ꝙ poſſit indifferē
ter in omnem effectum illum ad producen-
dum. quia ſic etiam diceretur infinita inferi-
rius ſicut ſuperius. Demū quia inter agens
⁊ patiens debet eſſe ꝓportio. ⁊ nulla poteſt eſſe
ꝓportio inter ſubſtantiam pure ſpūalem ⁊ cor
poralem. ideo nec ipi demones poſſent in ali
quem effectū niſi mediāte aliquo alio princi-
pio actiuo. Inde eſt ꝙ feminibꝫ rerū vtuntur
ad effectus producendos. iuxta Aug⁹. iij. de
trini. Unde hoc argumentum redundat in
ꝓcedēs nec p illud fortificatur niſi quis vel-
let declarationē eius hr̄e. quare intelligentie

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

aſſeritur habere virtutes infinitas ſup⁹ ⁊ nõ inferius. ⁊ daretur ſibi ex ordine rerum corporalium ⁊ corporum celeſtium. qui ſm ſe in plures ⁊ infinitos effectus influere poſſent. Hoc autem non fit propter debilitatem inferiorum. Concluditur ꝙ demones licet abſqȝ hoc ꝙ corpora aſſumant poſſint tranſmutationes in ſeminibus facere. hoc nihil arguit contra hoc quod hic intenditur de incubis ⁊ ſuccubis quorum actus exercere nõ poſſunt. niſi in aſſumptis corporibus ſm ꝙ ſupra tactum eſt ¶ Ad quartũ. ꝙ demones non põt mouere corpora localiter. vnde nec ſemen ⁊c. probaturqȝ ibi de anima per ſimilitudinem. Dicendũ ꝙ aliud eſt loqui de ſubſtantia ſpirituali ipſius angeli aut demonis ⁊ aliud de ipſa anima. Hoc enĩ ꝙ anima non poteſt mouere corpus localiter niſi viuificatum ab ea. vel per contactum corporis ad aliud corpus non viuificatum hoc eſt quia tenet infimum gradum in ordine ſubſtantiarum ſpiritualium ex quo etiam contingit. ꝙ illud corpus quod habet mouere etiaȝ per contactũ oportet ꝙ ſit ꝓportionatum nõ ſic autem eſt de demonibus quorum virtus omnino corporalem virtutem excedit. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ contactus demonis ad corpus ſeminis vel cuiuſcũqȝ alterius non eſt contactus corporalis ſed virtualis ⁊ fit ſm proportionem conuenientem tam mouenti quam mobili ita ꝙ illud corpus quod mouetur nõ excedat proportionẽ virtutis demonis vt ſunt corpora celeſtia ⁊ etiam tota terra vel elementa mundi. Et quare illa excedunt dicere poſſumus vt dicit ſanctus Thomas in queſtionibus de malo. q. x. de demonibus. Ex hoc ẽ vel propter conditionem nature. vel propter damnationem culpe. Eſt enĩ ordo rerum ſicut ſm naturam ipſarum ita ⁊ ſm motum. et ſicut ſuperiora corpa celeſtia mouẽtur a ſuperioribus ſubſtãtijs ſpiritualibus. vt ſunt angeli boni. Ita inferiora corpora moueri põt a ſubſtãtijs ſpiritualib⁹ inferioribus vt ſunt demones. Et ſiquidem hoc contingit eis ſm conditionem nature. ſm ꝙ aliqui ponebant demones non eſſe ex illis ſuperioribus angelis. Sed ex illis que ꝑficiũtur a deo huic terreſtri ordini vt erat philoſophorum opinio. vel etiam ſi contingit ex pena peccati vt theologorum ſententia eſt tũc a celeſtibus ſedib⁹ detruſi in hunc aerem tanqȝ ad penã non põt ipſum aut terrã cõmouere. Hec addita ſunt propter duo argumenta que tacite ſoluũtur. ſcilicet de corporibus celeſtibus ꝙ illa etiam poſſent mouere. Si poſſent corpora localiter mouere. quia ſunt eis magis propinqua. vt etiam vltimũ argumentum pretendit. Reſpondetur enim ꝙ non valet. quia illa corpora excedunt proportionem virtutis eorum. ſi quidem prima opinio locum habet. Si vero non ſed ſecunda tunc iterum non poſſunt mouere propter penam peccati. Eſt etiam ad argumẽtum vbi quis obijceret. ꝙ idẽ eſt motus totius et partis ſicut totius terre et glebe in .iij. phiſico. Unde ſi demones poſſent mouere partẽ terre poſſent etiam mouere terram non valet vt patet intuenti diſtinctionẽ. Colligere autem ſemina rerum ⁊ applicare ad certos effectus non excedit eorum virtutem naturalem deo eis permittente. vt de ſe patet. Summarie concludatur ꝙ nõ obſtante qđ quidam dicunt. demones in aſſumptis corporibus nullo modo poſſe generare. ⁊ ꝙ per filios dei ſignificentur filij ſeth. ⁊ non angeli incubi. ſicut ⁊ per filias hominum ille que de ſtirpe Cayn deſcenderant. Quia tamẽ cõtrarium a multis vt patuit aſſeritur ⁊ ꝙ multis videtur non poteſt omnino eſſe falſum. ſm philoſophum in ſeptimo ethicoꝝ ⁊ in fine de ſomno ⁊ vigil'. Jam etiam modernis temporibus atteſtantur facta ⁊ dicta maleficarum talia vere ⁊ realiter exequentiũ. Ideo dicim⁹ tria. Primo ꝙ ꝑ tales demones ſpurciſſimi actus venerei nõ delectationis ſed infectionis anime ⁊ corporum quibus ſuccumbunt aut incubunt cauſa exercentur. Secũdo ꝙ per talem actum completa conceptio ⁊ generatio a mulieribus fieri poteſt. inquantum ſemen humanũ apponere poſſunt in loco cõuenienti ventris mulieris ad materiam proportionatam ibidem preexiſtentem. Et ſimili. ſicut ⁊ ſemina aliarum rerum colligere poſſunt ad cõplendũ aliquos effectus. Tercio ꝙ demonibus attribuitur in talium generatione illud tantum ꝙ eſt motus localis nõ autem ipſa generatio cuius principium non ẽ virtus demonis aut corporis ab eo ſumpti. ſed virtus illius cuius ſemen fuit. vnde ⁊ genitus non demonis ſed alicuius hominis filius eſt. Et per hec patet reſponſio ad argumẽta vbi quis arguere vellet. ꝙ demones generare non poſſent ꝓpter duo. Primo ꝙ generatio cõpletur per virtutem formatiuam que eſt in ſemine corpe viuo reſoluto. Et corpus a demonib⁹ aſſumptũ. qꝛ nõ eſt tale ḡ ⁊c. Patet reſpõſio. quia demon virtute ſeminis formatiuam reponit ad locũ debitũ ⁊c. Secundo. ſi dicatur ꝙ ſemen nõ habet virtutẽ generandi niſi qȝdiu calor aĩe in eo retinet̃. quẽ mĩ exalare neceſſe ẽ ꝑ magnã diſtantiã delatum.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

Eſt enim reſponſio ꝙ demones poſſunt aliꝗ̃ reponere ad conſeruationem ſeminis ne calor vitalis euaporet. Uel etiam quia velociſſime mouentur propter victoriam mouentis ſuper rem motam. Ideo non poterit euaporari tam faciliter.

**Quarta queſtio a quibus demonibus huiuſmodi exercentur.**

Utrum catholicū ſit aſſerere ꝙ actus incuborum ⁊ ſuccuborum demonū conueniat omnibus ſpiritibus immūdis indifferēter ⁊ equaliter. Et videtur ꝙ ſic. quia oppoſitum aſſerere eſſet ordinem quendam bonū inter eos affirmare. probatur. Sicut ad ratõnem boni pertinet modus ⁊ ordo. Auguſtinus in libro de natura boni. ita ad rationem mali pertinet inordinatio. Sȝ in angelis bonis nihil eſt inordinatū. ergo ⁊ in malis nihil poteſt eſſe ordinatum. Unde indifferenter huiuſmodi actibus habēt inſiſtere. Inde etiā illud. Ubi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat in terra videlicet miſerie ⁊ tenebrarum. Job. x. Preterea ſi nō omnes indifferenter his actibꝰ inſiſtunt hoc eis competit vel ex natura vel ex culpa vl' pena. Nō ex natura. quia poſt peccatum oĩes indifferenter vt in precedenti queſtione tactū eſt. ſunt in natura ipſorum ſpiritus impuri licet non immundi ꝯtum ad diminutionem naturalium bonorum. In nequicia ſubtiles nocendi cupidi. per ſuperbiam tumidi ⁊c. ergo competit eis quo ad culpam vel penam. Tunc ſic. Ubi eſt maior culpa ibi maior pena. ſed ſuperiores angeli magis peccauerunt ergo in eorum penam magis his ſpurcitijs habent inſiſtere. Si hoc non eſt. dabitur ratio alia. cur non illis actibus indifferēter inſiſtant. Preterea. vbi non eſt ſubiectio ⁊ obedientia ibi omnes indifferenter operātur. ſed in demonibus nulla eſt ſubiectio ⁊ obediētia. probatur. Quia illa ſine concordia haberi non poſſunt. ſed in demonibus nulla ē cõcordia. Prouerbiorū. xiij. Inter ſuperbos ſꝑ ſunt iurgia. Preterea ſicut equaliter oĩes ꝓpter culpam poſt diem iudicij in infernū detrudentur. ita ⁊ ante illud tempus in aere caliginoſo propter officium eorum detinentur nec legitur eſſe inequalitas ex parte mancipationis ergo nec inequalitas ex parte officij ⁊ temptationis. Sed contra. gloſa. i. ad Cor. xv. Quādiu durat mundus angeli angelis homines hominibꝰ. demones demonibꝰ p̄ſunt. Item Job. xl. dicitur de ſquamis leuiathan per quas membra diaboli ſignificātur. ꝙ vna vni adheret.. ergo inter eos eſt diuerſitas ⁊ ordinis ⁊ actionis. Incidentaliter q̄ritur. An a bonis āgelis ipſi demones ab huiuſmodi eorum ſpurcitijs exequendis interdum impediantur vel non. Et dicendum ꝙ quia poteſtates dicūtur angeli quorum ditioni virtutes aduerſe ſubiecte ſunt vt Gregorius dicit. ⁊ Auguſtinꝰ. iij. de trini. Spiritus vite deſertor atq; peccator regitur ꝑ ſpiritum vite rationalem pium ⁊ iuſtum. Et ſicut ille creature ſuper alias influentiam habent que ſunt perfectiores ⁊ deo ꝓpinquiores eo ꝙ totus ordo prelationis primo ⁊ originaliter ē in deo ⁊ participatur a creaturis ſ'm ꝙ ei magis ꝓpinquant. Ideo etiam boni angeli qui maxime appropinquant deo propter eiꝰ fruitionem qua demones carent ſuper ipſos demones habent p̄lationem ⁊ per eos reguntur. Et cū inſtatur ꝙ demones premiſſis medijs multa mala faciunt. aut ergo non impediūtur quia non ſubſunt bonis angelis. qui eos impedire poſſent. aut ſi ſubſunt tunc cuȝ ad negligentiam preſidentis pertinere vidētur ea que per ſubditos male fiunt. Uidetur ꝙ in angelis bonis ſit aliqua negligētia. Reſpondetur ꝙ ſancti angeli ſunt miniſtri diuine ſapientie. Unde ſicut diuina ſapientia ꝑmittit aliqua mala fieri per malos angelos. vel homines propter bona q̄ ex eis elicit. Ita et boni angeli nō totaliter cohibent malos a nocendo ſiue hoīes ſiue demones. Rūſio. catholicū ē aſſerere q̄ndam ordinē actionū interiorū ⁊ exteriorū. etiā per quādā p̄lationeȝ eſſe in demonibꝰ. Unū ⁊ q̄dam ſpurcitie ab aliquibus infimis ꝑpetrātur a quibus ſupiores ꝓpter nobilitatē nature ſecludūtur. Et declaratur hoc primo generaliter ex triplici ꝯgruentia qua talia cōgruūt eorū nature diuine ſapientie ⁊ proprie nequitie. Demū magis in ſpeciali. Et natura quidē. Nā ꝯſtat ꝙ a principio creationis ſemꝑ q̄dā alijs ſupiores fuerūt ex natura cum inter ſe differant ſpecie nec duo angeli vnius ſpeciei exiſtant cōmuniorem opinionē ſequendo q̄ etiaȝ dictis phorū cōcordat ⁊ Dioniſius q̄ ponit. x. ca. celeſtis ierarchie in eodem ordine eſſe primos medios ⁊ vltimos cui etiam neceſſario oportet aſſentire. tum ex immaterialitate eorum. tum etiaȝ ex incorporalitate. Inſpiciat q̄ vult dicta doctoris in. ij. di. ij. Et quia peccatum naturam nō tollit. ⁊ demones poſt caſuȝ data naturalia nō amiſerūt vt ſup tactū ē ⁊ opatões rerū ſequūt' naturales earū ꝯditões. iō ſic̄ i natura ſic ⁊ in operationibꝰ ſunt varij ⁊ multiplices.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

Congruit etiam hoc diuine ſapientie vt ea q̄
ab ipſo ſunt ordinata ſunt. ad Roma. xiij. que a
deo ſunt ordinata ſunt. Et q2 demones ſunt
a deo deputati ad exercendum homines ⁊ ad
puniēdum damnatos. Ideo in exercitijs eo
rū ab extra quo ad homines ſunt varij ⁊ mul
tiplices. Congruit etiam ⁊ nequitie ipſorum
Quia eni̅ humano generi aduerſantur. ideo
cum ordinate impugnāt. ideo magis homi
nibus nocere eſtimant ſicut faciūt. Unde cō
ſtat ſpurcitijs illis nephandiſſimis nō equa
liter inſiſtunt qđ etiam magis ſpecificatur ta
li ratione. Nam cum operatio ſequitur natu
ram rei vt dictum eſt. quorumcunq̧ ſunt na
ture ſubordinate. oportet ꝙ etiam operatōes
ſibiinuicem ſubordinentur ſicut patet in re=
bus corporalibus. Quia enim inferiora cor
pora naturali ordine ſunt infra corpora cele
ſtia. actiones ⁊ motus eorum ſubduntur acti
onibus ⁊ motibus celeſtium corporum. ⁊ q2
vt dictum eſt demones naturali ordine inter
ſe differunt. Ideo etiam naturalibus actio=
nibus intrinſecis et extrinſecis preſertim in
huiuſmodi ſpurcitijs peragendis. Ex quib9
cōcluditur ꝙ quia huiuſmodi ſpurcitie plu
rimū preter nobilitatē angelice nature exer
centur cū etiam in actibus humanis infimi
⁊ fetidiſſimi actus in ſe quidem conſideran
do non q̄tum ad officium nature ⁊ procreatō
nis reputantur. Demū cum de quolibet ordi
ne aliqui cecidiſſe credūtur non eſt inconue=
niens aſſerere ꝙ illi demones qui de infimo
choro ⁊ iterum illi qui infimi in illo exiſtunt
his ſpurcitijs ⁊ ab alijs deputantur ⁊ inſiſtūt
Hoc etiam plurimū eſt aduertendum. ꝙ licꝫ
de incubis ⁊ ſuccubis mulierib9 infeſtos ſcri
ptura tradit. tamen nuſq̄ legitur in vitijs q̄=
buſcunq̧ contra naturam loquendo non ſo
lum de ſodomitico ſed etiam de quocūq̧ alio
peccato extra vas debitum perpere agendo ſe
incubos ⁊ ſuccubos feciſſe. In quo maxima
illorum peccaminū enormitas oſtenditur cū
indifferenter omnes demones cuiuſcūq̧ or=
dinis illa peragere abhorrent ⁊ verecundum
eſtimant. Et hoc videtur velle gloſa ſup Eze
chielem. xix. vbi dicitur. Dabo te in manus
paleſtinorum id eſt demonū. qui etiā erube
ſcunt de via tua ſcelerata vicium contra na=
turam intelligens. ⁊ intuenti patet. ꝙ de de=
monib9 oportet auctoritatē intelligere. Nul
lum eni̅ peccatū tam ſepe deus reproba mor=
te in multis condemnauit. Dicunt etiam nō
nulli ⁊ veraciter creditur ꝙ nullus talis vicij
poſtq̄ tēpus mortalis vite xp̄i qđ ad annos
xxxiij. extenditur in hoc ſcelere pſeuerans ex
ceſſerit niſi ſpeciali gratia redemptoris pote
rit liberari qđ ex eo ptꝫ ꝙ octogenarijs ⁊ cen
togenerijs iſto crimine inueniūtur ſepe irre=
titi quibus tempus xp̄i q2 vite morū diſcipli
na fuit. et ideo illo ſpreto vix vnq̄ ſine diffi=
cultate per maxima ab hoc ſcelere continebit
Sed ⁊ ꝙ ordo ſit inter eos etiā ad officia ex
teriora quo ad impugnatōnes demonſtrant
eorum nomina. Nam licet vnum ⁊ idem no
men. ſcꝫ diabolus multipliciter exprimatur
in ſcripturis ⁊ hoc propter diuerſas eorū p=
prietates. Tamen his immundis operibus
vnus preſidere in ſcripturis tradit̃ ſicut etiā
⁊ certis alijs vitijs. Eſt eni̅ vſus ſcripture ⁊
locutionis quemlibet immūdum ſpiritū no
minare diabolū a dya quod duo ⁊ bolus qđ
eſt morſellus. quia duo occidit. ſcꝫ corpus ⁊
animā. ⁊ ſm ethimologiam. licet grece inter=
pretatur diabolus clauſus ergaſculo ⁊ hoc ſi
bi conuenit cum non permittitur ſibi nocere
q̄tum vellet. Uel diabolus quaſi defluens.
quia defluxit id eſt corruit ſpecialiter ⁊ locali
ter. Nominat̃ etiam demon id ē ſapiēs ſuper
ſanguineꝫ. vel ſanguineus. ſ. ſuper peccata q̄
fuit ⁊ procurat triplici ſcientia qua viget. ſcꝫ
ſubtilitate nature experientia tempoꝝ ⁊ reue
latione bonoꝝ ſpirituū. Nominat̃ etiā beli=
al qđ interp̄tat̃ abſq̧ iugo vel abſq̧ dominio
q2 pposſe pugnat ꝯtra eū cui deberet eē ſubie
ctus. Uocat̃ etiā beelzebub qđ interp̄tat̃ vir
muſcarū id ē animaꝝ peccantiū q̄ reliquerūt
verum ſponſum xp̄m. Item ſathanas id eſt
aduerſarius. Unde. i. Pe. ij. Aduerſarius ve
ſter diabolus circuit ⁊c̃. Item vehemoth id
ē beſtia. q2 facit homines beſtiales. Ipe tamē
demon fornicationis ⁊ princeps illius ſpur
cicij dicit̃ aſmodeus. qđ interp̄tatur factura
iudicij. q2 propter hmōi vicium factum fuit
terribile iudiciū ſup ſodomā ⁊ quatuor alijs
ciuitatibus. Sicut ⁊ demon ſupbie dicitur
leuiathan. quod interp̄tatur additamentum
eorum. quia ⁊ lucifer tentans primos paren
tes de ſuperbia promiſit eis additamentum
diuinitatis. De quo ⁊ per Eſaiam dn̄s. Uiſi
tabo ſup leuiathan ſerpentem veterē ⁊ tortuo
ſum. ⁊ demon auaricie ⁊ diuitiarum dicitur
mām̄ona. Quē ⁊ xp̄s ī euāgelio expſſit. mat.
vi. Nō poteſtis deo ſeruire ⁊c̃. Ad argumēta
ad primū. ꝙ q2 bonū pōt inueniri ſine malo.
ſed malū nūq̄ inuenit̃ ſine bono. q2 fundat̃
ſuper creaturam q̄ in ſe bona eſt. Et ideo de=
mones inq̄tū habēt naturā bonam ordinati
ſunt ī naturalib9 ⁊ in eoꝝ actionib9. ad illud
Job. x. p̄t dici. ꝙ demones ad exercitiū depu
tati nō ſunt ī inferno ſed iſto aere calliginoſo.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

Unde hic habent oꝛdinem inter ſe quē tunc
in inferno non habebunt. Uel etiam dici po
teſt ꝙ etiam iam om̄is oꝛdo in eis ceſſat quo
ad ipſam beatitudinem conſequendam cum
a tali oꝛdine irrecuperabiliter ceciderunt. Et
dici poteſt ꝙ etiam in inferno erit inter eos
oꝛdo poteſtatis ⁊ penarum afflictionis inq̄s=
tum aliqui ad affligendum animas deputa=
buntur ⁊ non alij. Sed hic oꝛdo magis erit a
deo q̄ȝ ab ipſis ſicut etiam ⁊ eoꝛum toꝛmenta
Ad tercium cum dicitur ꝙ ſuperioꝛes demo
nes. quia magis peccauerunt ⁊ magis puniū
tur etiam his actib⁹ immūdis amplius debe
rent inſiſtere. Reſpondetur. quia culpa oꝛdi
natur per penam ⁊ non per nature actum ſeu
operationem. ideo non inſiſtunt illis immū
dicijs ꝑpter nobilitatem nature non ꝑpter eo=
rum culpam aut penam. Et licet omnes ſunt
ſpiritus impuri ⁊ ad nocendū cupidi tamen
vnus amplius altero inquantū potioꝛa na=
turalia ſunt obtenebꝛata. Ad quartum dicit̄
ꝙ eſt concoꝛdia inter demones non amicitie
ſed nequitie ex qua homines odiūt ⁊ dei iuſti
cie repugnat q̄ȝtum poſſunt. Talis enim cō=
coꝛdia inter impios repitur vt eis ſe adiūgāt
⁊ ſubijciant ad ꝓpꝛiam nequitiam exquendā
quos potioꝛes viribus vident. Ad quintuȝ
licet carceralis mancipatio omnib⁹ equaliter
deputetur iam in aere ⁊ poſt in inferno. nō ta
men ex hoc naturalia in eis ſunt equaliter ad
equales penas ⁊ officia eq̄lia oꝛdinata. imo
q̄ȝto ſunt nobilioꝛes in natura et potioꝛes in
officio. tanto etiam grauioꝛi ſubiecti toꝛmen=
to. Unde Sapiē. vi. Potentes potenter toꝛ=
menta patientur.

¶ Eſt ergo queſtio ſuper influentias coꝛpo=
rum celeſtiū in qua tres alij erroꝛes repꝛoban
tur. ⁊ eſt quinta in oꝛdine.

¶ Sed pꝛo amplioꝛi pꝛemiſſoꝝ declaratio=
ne etiam obuiandum quibuſcunq̄ȝ pꝛetenſis
obiectionibus. Queritur de maleficoꝝ ope=
ribus quo ad quintuplicem cauſam. quatu=
oꝛ ex illis repꝛobando ex quib⁹ influere non
poſſunt. quintam vero concludendo. ſ. virtu
tem intellectiuam ex qua fluere habent q̄ ⁊ li=
cet bona ſit ſm̄ naturam. eſt tamen mala ſm̄
volūtatem. quatuoꝛ aūt cauſe repꝛobant̄ cō=
tra illos q̄ aut maleficas aut eoꝝ opa eſſe ne=
gant. ⁊ ſunt coꝛpoꝝ celeſtiū influentie. illoꝝ
coꝛpoꝝ ⁊ oꝛbiū motoꝛes mouētia. hominum
excreſcens malitia. ⁊ imaginum ac caracteꝝ ⁊
verboꝝ efficacia.

An poſſit quoq̄ modo catholice cenſe=
ri ꝙ oꝛigo ⁊ multiplicatio maleficoꝝ
operum pꝛoceſſerit ex influentijs coꝛ
poꝛum celeſtium ſeu ex ſuperabundanti ma=
licia hominum ⁊ non ex ſpurcitijs incuboꝝ
⁊ ſuccuboꝛum demonum. ⁊ videtur ꝙ ex ꝓ=
pꝛia malicia. Nam Auguſtinus in li. lxxxiij.
q. dicit ꝙ ad hominis volūtatē cauſa depꝛa=
uationis eius redit ſiue aliq̄ ſiue nullo ſua=
dente depꝛauata ſit. Sed maleficus depꝛaua
tur ꝑ peccatum. ergo cauſa illius non eſt dia=
bolus ſed volūtas humana. Ad ideȝ dicit de
lib. arb. ꝙ quilibȝ eſt cauſa ſue malicie. quod
etiam ꝓbat̄ rōne. Peccatū hominis ex li. ar.
ꝓcedit. ſed diabolus nō pt̄ li. ar. mouere. hoc
enī libertati repugnaret. ergo diabolus non
pōt eſſe cauſa. nec illius cuiuſcūq̄ȝ alteri⁹ pctī
Preterea in li. de eccleſiaſticis dogmatib⁹ dꝛ
Non om̄es cogitatōnes noſtre male a diabo
lo excitant̄ ſed aliquotiens ex noſtri arbitrij
motu emergūt. Demū ꝙ ex influentijs coꝛ=
poꝝ celeſtiū poſſunt oꝛiri ⁊ nō a demonib⁹ ꝓ=
batur. Sicut om̄is multitudo reducitur ad
vnū. ita omne multifoꝛme reducitur in aliqd̄
vnifoꝛme pꝛincipiū. Sed act⁹ humani ſunt
varij ⁊ multifoꝛmes tam ad vicia q̄ȝ ad virtu
tes. ergo videtur ꝙ reducātur in aliqua pꝛin
cipia vnifoꝛmiter mota ⁊ mouentia. Sed ta
lia non poſſunt aſſignari niſi ex motibus ce=
leſtium qui ſunt vnifoꝛmes. ergo illa coꝛpo=
ra ſunt talium actōnum cauſe. Preterea. ſi ce
leſtia coꝛpoꝛa non eſſent humanoꝛum actuū
ad virtutes ⁊ vicia cauſe. aſtrologi non adeo
frequenter vera pꝛedicarent de belloꝛum euē
tibus ⁊ alijs humanis actibus. ſunt ergo ali
quo modo cauſa. Preterea coꝛpoꝛa celeſtia
mouentur a ſubſtātijs ſpiritualibus ſm̄ the=
ologos ⁊ philoſophos omnes. Sed illi ſpi
ritus ſunt ſuperioꝛes animabus noſtris ſi=
cut ⁊ coꝛpoꝛa celeſtia coꝛpoꝛibus noſtris. er=
go ambo inſimul habent impꝛimere in ani=
mam ⁊ coꝛpus hominis ad cauſandam q̄ſ=
cunq̄ȝ actus humanos. Preterea coꝛpoꝛa ce=
leſtia poſſunt impꝛimere ī ipſos demones ad
cauſandū certa maleficia. g̃ a foꝛtioꝛi ī ipſos
homīes. Aſſumptū ꝓbat̄ ex trib⁹. Nam certi
homines q̄ lunatici dicūtur infeſtantur a de
monib⁹ plus vno tp̄e q̄ȝ alio qd̄ non facerent
ſed potius omni tp̄e moleſtarent niſi in cer=
tis lunationib⁹ etiam ip̄is demones inquie=
tarentur ad inferendum huiuſmodi. pꝛoba=
tur etiam ex nigromanticis qui certas con=
ſtellationes obſeruant ad inuocandū demo=
mones ꝙ nō facerēt niſi ſcirēt illos demones
coꝛpib⁹ celeſtib⁹ eē ſubiectos. Pꝛobat̄ etiaȝ ex
illo ꝙ demones ſm̄ aug⁹ i. x. de ci. dei. q̄buſ=
dā coꝛpib⁹ inferioꝛib⁹ arcent̄. ſ. herbis. lapidi
bus. animantib⁹. ⁊ ſonis quibuſdam certis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

ex vocibus ⁊ figurationibus. ſed cum corpora
celeſtia ſint virtuoſiora ꝗ̄ corpora inferiora.
Ideo multomagis actionibus corporum ce-
leſtium. Et iterum amplius malefici ſubijci-
untur vt eorum opera ex influentijs illoruꝫ
corporum ⁊ non ex aſſiſtentia ſpirituū malo
rum proueniant. Fortificatur argumentum
ex .i. Regū .c. xvi. vbi ſaul qui vexabatur a de
mone alleuiabatur quando dauid cytharaꝫ
percutiebat coram eo ⁊ ꝙ recedebat ſpiritus
malus. Sed contra. Impoſſibile eſt effectuꝫ
ſine cauſa ſua producere. ſed opera malefico
rum ſunt talia ꝙ non poſſunt niſi opere de-
monū fieri. patet ex deſcriptione operum ma
leficorum. ex Iſido. libro. viij. ethimol. Ma
lefici dicūtur ob magnitudinem facinorum.
Hi em̄ elementa cōcutiunt. mentes hominū
turbāt ⁊ abſqꝫ vllo veneni hauſtu ſola vi car
minū animas interimūt ⁊c̄. Huiuſmodi au
tem effectus non poſſunt ex influentijs cor-
porum celeſtium mediante homine cauſari.
Preterea philoſophus in ethi. Difficile inq̄-
rit quid ſit principium operatōnis in anima
Et oſtendit ꝙ oportet eſſe aliquod extrinſe-
cum. Omne enim quod incipit de nouo ha-
bet aliquā cauſam. Incipit enim homo ope-
rari quia vult. Incipit autem velle. quia p̄cō-
ciliatur. ſi auteꝫ preconciliatur, ꝓpter aliquod
concilium precedens. aut ergo eſt procedere
in infinitū. aut oportet ponere aliquod prin
cipiū extrinſecū quod primo mouet hominē
ad cōciliandū niſi forte aliquis dicat ꝙ hoc
eſt a fortuna ex quo ſequeretur omnes actus
humanos eſſe fortuitos. quod eſt abſurdum.
Principiuꝫ ergo in bonis ad bona dicit eſſe
deum qui non eſt cauſa peccati. In malis au
tem cum homo incipit agere velle ⁊ concilia-
ri ad peccandū oportet ꝙ huius etiam ſit ali-
qua cauſa extrinſeca. ⁊ non poteſt eſſe alia ni-
ſi diabolus p̄ſertim in maleficiis vt ſupra pa
tuit qꝛ corpus celeſte nō poteſt ad tales actus
influere. ergo patet veritas. Preterea cui⁹ po-
teſtati ſubiacet motiuū. eius poteſtati ſubia-
cet ⁊ motus qui a motiuo cauſat̄. Motiuum
autem voluntatis eſt aliquid apprehenſum ꝑ
ſenſum vel intellectum quoꝝ vtrūqꝫ ſubiacet
poteſtati diaboli. Dicit em̄ Auguſtinus in li
bro. lxxxiij. q. Serpit hoc malum. ſ. quod eſt
a diabolo per omnes additus ſenſuales. dat
ſe eſſe figuris accomodat ſe coloribꝫ adheret
ſonis. latet in ira ⁊ in fallacia ſermonis. odo-
ribus ſe ſubijcit infundit ſaporibꝫ. ⁊ q̄buſdā
nebulis implet omnes meatus intelligentie.
ergo videtur ꝙ in poteſtate diaboli eſt moue
re volūtatem q̄ eſt directe cauſa peccati. Pre-
terea omne quod ſe habet ad vtrūlibet indi-
get aliquo determināte ad hoc ꝙ exeat ī actū
ſed lib. arbi. hominis ad vtrūlibet ſe habet. ſ.
ad bonuꝫ ⁊ malū. ergo ad hoc quod exeat in
actum peccati indiget ꝙ ab aliquo determi-
netur ad malum. Maxime autem hoc vide-
tur fieri a diabolo preſertim in operibꝫ male-
ficorum cuꝫ eius volūtas eſt determinata ad
malum. ergo videtur ꝙ mala voluntas dia-
boli eſt cauſa male volūtatis precipue in ma-
leficiis. ⁊ poteſt fortificari ratio per hoc ꝙ ſi-
cut bonus āgelus ſe habet ad bonum. ita ma
lus angelus ad malum. Sed ille reducit ho
mines ad bonum. ergo iſte ad malum. eſt em̄
dicit Dyoniſius lex diuinitatis immobiliter
ſtabilita vt yma a ſummis perficiantur.
Reſponſio. quia queſtio quo ad originē ma-
leficorum operum fundatur. ſuper influen-
tiam luminarium celeſtium oſtenditur per re
probationem trium errorum qui hoc aſſere-
re conantur. ſcilicet planetarioꝝ genetaliaco
rum. ⁊ fatalium ordinem ponentiū hoc non
eſſe poſſibile quo ad primū. Nam ſi queritur
an ex impreſſione luminarium celeſtiū cauſe
tur in hominibus vicium maleficorum tunc
ad diuerſitatem morum attendendo ⁊ verita
tem fidei ſaluādo oportꝫ ſub diſtinctōne diſ-
ſerere videlicet ꝙ mores hominū a ſideribus
cauſari poteſt intelligi dupliciter. Aut neceſ
ſario ⁊ ſufficienter. Aut diſpoſitiue ⁊ contin-
genter. Si dicatur primo modo tunc nō ſo-
lum eſt falſum imo hereticum. eo ꝙ chriſtia-
ne religioni adeo repugnat ꝙ etiam veritas
fidei in tali errore ſaluari non poteſt. Ratio.
Dum enim ponit omnia a ſideribus neceſſa-
rio euenire. iam tollit meritum ⁊ per conſe-
quens demeritum. Tollit ⁊ gratiam ⁊ ꝑ con
ſequens gloriam. Tum quia honeſtas moꝝ
per hunc errorem preiudicium patitur dum
culpa peccantis in ſydera refunditur licētia
maleficiendi ſine reprehenſione conceditur.
⁊ homo ad orandum ⁊ colendum ſydera in-
curuatur. Si autem dicatur mores hominū
a diſpoſitionibus ſyderum variari diſpoſi-
tiue ⁊ contingenter ſic poteſt habere veritatē
quia nec rōni nec fidei repugnat. Planū em̄
eſt ꝙ diſpoſitio corporis varia multum facit
ad variationem affectionū ⁊ moꝝ anime. vt
plurimuꝫ em̄ anima complexiones corporis
imitatur. vt dicit̄ in ſex principijs. Vn̄ ⁊ co-
lerici ſunt iracundi ⁊ ſanguinei ſunt benigni
⁊ melācolici ſunt īuidi. flegmatici pigri. hoc
autē nō ē neceſſario. anima em̄ dominat̄ ſuo
corpi ⁊ maxime quando eſt adiuta per grām
Multos em̄ videmus colericos manſuetos

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

et melancolicos benignos. Quoniam ergo virtus corpoꝝ celeſtiuꝫ opatur admixtionē et qualitatē complexionū. Hinc eſt ꝙ ꝑ conſequens quodāmodo opatur ad qualitatem moꝝum valde tñ de longinquo. Plus enī facit ad qualitatē ꝯplexionis virtus nature inferioris q̄ꝫ virtus ſideris. Unde Aug⁹. v. de ci. dei. in ſolutōne cuiuſdā queſtionis de duobus fratribꝫ qui ſimul infirmabant̄ et curabantur: cum querebatur vnde hoc eſſet magis cōmendat rōem ipocratis q̄ꝫ aſtronomi. Ipocras enī reſpondit ꝙ hoc erat ꝓpter ſimilitudinem cōplexionis. Et aſtronomus reſpondit ꝙ erat ꝓpter idemptitatē conſtellationis. Melius enī reſpondit phiſicus. q꞉ cauſam reddit magis ꝓpriam et magis ꝓpinquā. Sic ergo dicendū ꝙ impreſſiones ſiderum aliquo modo diſponūt ad maliciam maleficorum: ſiquidē aliqua influentia in coꝝ corporibus predominatur potius ad hmōi nephanda q̄ꝫ ad alia opa quecunq꞉ viciosa ſeu virtuoſa. que tñ diſpoſitio nō debet dici neceſſaria ꝓxima et ſufficiens. ſed remota ⁊ cōtingens. Nec valet ſi quis obijceret phm li. de ꝓprietatibus elementoꝝ. vbi dicit ꝙ regna vacua facta ſunt et terre depopulate apud cōiunctionē iouis et ſaturni. arguendo quaſi: q꞉ talia ex libero arbitrio dependebant hoīm ergo etiā influentie luminariū ſuꝑ li. ar. haberent efficaciā. Rn̄detur enī ꝙ phus ꝑ hoc dictum nō vult innuere ꝙ hoīes illi non poterant reſiſtere illius influentie conſtellatōnis ad diſſenſionē inclinantis. ſed q꞉ noluerunt quia ſicut ptolomeus in almageſti. Sapiēs homo dn̄abitur aſtris. q̄ꝫuis enī cōiunctio iouis ⁊ ſaturni eo ꝙ ſaturnus habet influentiā melancolicā et malam et iupiter valde bonā poſſit ad rixam vel diſcordiā hoīes inclinare. illi tñ inclinationi hoīes ꝑ libertatē arbitrij pn̄t reſiſtere et valde faciliter cum adiutorio gratie dei. Nec iterum valet ſi quis obijceret dictum Dama. li. ij. c. vi. vbi dicit. conſtituuntur multotiens comete ⁊ ſigna quedā mortis regum. Reſpondetur enim ꝙ etiam ſequendo opinionem Dam̄. qui fuit vt patet in predicto libro cōtrarie opinionis vie philoſophice ſue non: nihil ꝑ hoc concluditur quo ad neceſſitatem actuum humanoꝝ. opinatur enim Dam̄. ꝙ cometa nec naturaliter generatur nec eſt vna de ſtellis in firmamento poſitis. vnde nec eius ſignificatio eſt naturalis nec influentia. Dicit enī ꝙ comete nō ſunt ex his que a principio genita ſunt aſtra. ſed diuina iuſſione ſm̄ ip̄m tempus conſtituuntur et rurſus diſſoluuntur. hec Damaſce.

Prenunciat aūt deus ꝑ tale ſignū mortē regis magis q̄ꝫ alioꝝ. tum quia eſt ꝑſona communis. tum q꞉ p̄t ex hoc oriri turbatio regni De cuius cuſtodia magis ſollicitant̄ angeli ꝓpter cōmune bonū quoꝝ etiaꝫ miniſterio et generantur et diſſoluunt̄. Sed nec phorum opinio obſtat qui dicunt ꝙ ſtella cometa ſit impreſſio calida et ſicca generata in ſuperiori ꝑte aeris ꝓpe ignem: ex cuius vapore calido et ſicco globus illius vaporis adunatus apparet corpus ſtelle. Partes aūt illius vaporis diſcontinuate circa illū globum et longū ꝓtenſe in ſuis extremitatibꝫ illi globo cōiuncte ſunt quaſi eius come. et ſm̄ hanc poſitionem ſignificat et cauſat non ꝑ ſe ſed per accidens mortalitatē ꝓuenientē ex infirmitatibꝫ calidis et ſiccis. Et quia vt plurimū diuites nutriunt̄ calidis et ſiccis. Ideo illo tp̄e multi diuites moriuntur inter quos mors regū et principum eſt magis notabilis. et hec poſitio nec diſtat a poſitōe Dama. ſi quis bene cōſiderat: niſi quo ad operationē ⁊ coopationē angeli quā nec phi excludere poſſunt: immo vbi vapores nunq̄ꝫ in ſua ſiccitate et caliditate ad generandū cometā ꝯcurrerent adhuc opatione angeli ſepe cōcurrere habent cauſis p̄dictis ſicut et ſtella que ſancti Thome doctoris tranſitū indicauit que vtiq꞉ nō ex ſuperis in firmamēto poſitis proſilijt ſed opatione angeli ex materia aliqua preiacente formata et officio pacto iterū reſoluta fuit. Unde videmus ꝙ ſm̄ quācunq꞉ iſtarū opinionum nullū penitus habēt celi luminaria dominium ſuꝑ li. arbitriū. Unde nec ꝯſequenter ſuꝑ maliciā ⁊ mores hoīm. Nota inſuper quare aſtronomi vt ſepius vera predicunt et ꝙ eorum iudicia vt plurimū ſuꝑ vnam prouinciam aut gentē vnius terre eueniūt. Huius rō eſt. q꞉ enī ſua iudicia ſumunt ex aſtris que etiā habent maiorē influentiā capiendo ꝓbabiliorē non neceſſitantē in actibꝫ tam nature q̄ꝫ voluntatis et in actibꝫ hoīm generalibus ſicut vnius gentis vel ꝓuincie q̄ꝫ in ꝑticularibus vnius ꝑſone: quia maior effectus ſtellaꝝ imprimitur in totā vnam gentē q̄ꝫ in vnum hoīem: et q꞉ maior pars gentis vnius magis ſequit̄ affectus naturales corporis q̄ꝫ vnus ſingularis homo. ideo ⁊c. ſed hoc incidentaliter eſt tactū. Secunda via per quam prefata noſtra catholica aſſertio declarat̄ eſt ꝑ reprobationē errorū genitaliacoꝝ et deam fortune colentiū mathematicoꝝ. De quibus Iſid. viij. ethi. c. ix. genetaliaci dicūtur ꝓpter nataliū conſiderationē ſiderū qui vulgo mathematici dicuntur. Fortuna vero vt ibidē



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

dicit.c.ij.a fortuitis nomen habere dicitur q̄ſi deam quandā res humanas varijs caſibꝫ et fortuitis illudentem. Unde et cecam appellant eo ꝙ paſſim in quoſlibet incurrens ſine vllo examine meritoꝝ et ad bonos et ad malos venit. hec Iſidorus. Sed talem deā credere aut ꝙ leſiones in corpibus et creaturis que ex maleficoꝝ operibꝫ inferuntur non ab ipis maleficis ſed ab ipſa dea fortune ꝓuenirent: ſicut eſt idolatria. ita et aſſerere maleficas ipſas ad hoc eſſe natas vt talia per eas in mūdo exerceri poſſint. ſimiliter a fide alienū exiſtit immo et a cōmuni phoꝝ traditōne. ſi cui placet inſpiciat doctorē ſanctū. li. iij. ſumme fidei cōtra gentiles. q. lxxxvij. et ſequentibus. et inueniet plura. licet hoc vnicū ꝓpter eos qui fortaſſis copiam libroꝝ non habent nō videtur obmittendū. ꝙ quia in hoīe tria ſunt vt ibi notatur que a tribus celeſtibꝫ cauſis diriguntur. voluntatis actus. intellectus actus et corpis actus. quoꝝ principiū a deo tm̄ et immediate. ſecundū ab angelo. et terciū a celeſti corpe dirigitur. Nam electōes et voluntates immediate a deo in bonis opibꝫ diriguntur. dicente ſcriptura ꝓuerb. xxi. Cor regis ſuppl. qđ maiori potentia videtur poſſe reſiſtere eo minus alij nō poſſunt: qꝛ in manu dn̄i et quocūqꝫ voluerit inclinabit illud. Et apl's. Deus eſt qui opatur in nobis velle et pficere ꝑ bona voluntate. Cognitio vero humana intellectiua a deo mediantibꝫ angelis ordinatur. Ea vero que ad corpalia pertinēt ſiue ſint exteriora ſiue interiora in vſū hoīs venientia a deo mediantibꝫ angelis et celeſtibꝫ corpibus diſpenſant᷑. Dicit enī beatus Dioniſius. iiij. de diui. no. ꝙ corpa celeſtia ſunt cauſe eoꝝ que in hoc mundo fiunt: non tm̄ neceſſitatē inferentia. Et cum homo ſit ordinatus ſ᷑m corpus ſub corpibus celeſtibus. ſ᷑m intellectum vero ſub angelis. ſ᷑m voluntatē aūt ſub deo poteſt cōtingere ꝙ homo ſpreta inſpiratōne dei ad bonū et illuminatione boni angeli ducatur affectōe corporali ad ea ad que influentia luminarium celi inclinant vt et ſic tā voluntas q̄ꝫ intellectus malicia et erroribꝫ inuoluantur. Non eſt aūt poſſibile hmōi erroribꝫ quibus malefici irretiti ſunt ex influentijs luminariū celi inuolui licet ad fundendū ſanguinē vel furta aut latrocinia vel etiā incōtinentias peſſimas ꝑpetrare poſſit quis ex illis inclinari ſicut etiā ad alia quedā naturalia. Etiā vt Guil'. in de vniuerſo dicit. Qꝫ ꝑ experientiā habetur ſi meretrix nititur plantare oliuam non efficitur fructifera que tm̄ ꝑ caſtam plantata fructifera efficitur. Et aliquis etiam medicus in ſanando. et agricola in plantando. ⁊ miles in expugnando aliqua ex impreſſione celeſtis corpis efficiunt que alij etiā eaſdem artes habentes efficere nō poſſunt. Tercia via ſumitur ex reprobatione fatalium effectuū. Ubi notandū ꝙ fatū eſſe aliquid vno modo catholice aſſeritur. Alio modo aſſerere eſt omnino hereticum. Si enī fatum eſtimetur eſſe ſ᷑m eſtimationem quorundā gentilium et etiā quorundam mathematicorū qui putabāt ꝙ ex vi poſitōis ſiderū cauſaretur infallibiliter diuerſitas morum: ita ꝙ talis efficeretur neceſſario maleficus vel virtuoſus in moribꝫ quia talē eum eſſe cauſaret vis que in diſpoſitōne ſiderum ſub qua talis vel conceptus vel natus eſſet cōprehenderetur. Et iſtam vim vocauerunt noīe fati. Sed quia iſta opinio non tm̄ eſt falſa immo heretica et om̄ino deteſtanda ꝓpter incōuenientia que neceſſario ſequerentur vt ſupra tactū eſt circa reprobationē primi erroris. qꝛ videlicꝫ tolleretur rō meriti et demeriti imo gratie et glorie et ꝙ deus malorum noſtroꝝ auctor eſſet et plura alia. Ideo fatum ſic om̄ino refutatur qꝛ nihil eſt. ſcōm quam acceptionē etiā Grego. dicit in Omel'. epiph. Abſit a fidelium cordibꝫ vt fatum aliquid eſſe dicant. et licet hec opinio videatur eadem eſſe cum prima que eſt planetarioꝝ. et hoc ꝓpter eadem incōuenientia que vtrobiqꝫ cernuntur. tm̄ ſunt diuerſe quantū inter ſe diuerſificantur vis ſiderum ⁊ influxus generalis ſeptē planetaꝝ. Si aūt eſtimetur fatū eſſe ſ᷑m quandā diſpoſitionē ſiue ordinationem cauſarum ſecundaꝝ ad ꝓducendū effectus diuinitus prouiſos. Hoc modo fatum vere eſt aliquid eo ꝙ ꝓuidentia dei ꝑ cauſas medias exequitur ſuos effectus. In illis videlicet q̄ ſcōis cauſis ſubdunt᷑ licet in alijs non vt eſt creatio: animarū glorificatio: et gratie collatio. Licꝫ etiā angeli ad gratie infuſionē cooperari poſſunt intellectū et voluntatis capacitatem illuminando et diſponendo. et ſic quedam ordinatio effectuū vna et eadem dicitur ꝓuidentia et etiā fatum. Si enī conſideratur vt eſt in deo ſic dicitur ꝓuidentia. ſi autē ſ᷑m ꝙ eſt in cauſis medijs ordinatis a deo ad effectus aliquos ꝓducendos ſic habet rationem fati. Et hoc modo Boetius loquens de fato. iiij. de conſol'. dicit. Fatum eſt rebus mobilibus inherens diſpoſitio ꝑ quā ꝓuidentia ſuis queqꝫ nectit ordinibꝫ. Sed tamen ſancti doctores hoc nomine vti recuſauerunt propter eos qui illud ad vim poſitionis ſiderū retorquebant. Unde Aug⁹. v.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

de ciui. dei dicit. Si propterea quiſqʒ res hu-
manas fato tribuit. quia ipſam dei volunta-
tem vel poteſtatem fatum vocat ſententiam
teneat et linguam corrigat. Patet etiam ex p̄-
miſſis tacita reſponſio ad queſtionē. an om-
nia fato ſubdantur et an etiam maleficorum
opera illi ſubdantur. Quia ſi fatum dicitur
ordinatio cauſarum ſecundarūʒ ad effectus
diuinitus prouiſos id eſt vbi deus diſpoſu-
it per cauſas ſecundas producere effectus ta-
les. ſic inquaʒ ſubduntur fato id eſt ſubdunt̄
cauſis ſecundis: ſic a deo ordinatis vt ſunt
influentie corporum celeſtium. Ea vero que
immediate a deo fiunt vt eſt creatio rerū. glo-
rificatio ſubſtantiarum ſpiritualium et alia
huiuſmodi non ſubduntur Et hoc eſt quod
dicit Boetius vbi ſupra ꝙ ea que ſunt pri-
me deitati propinqua fatalis ordinis mobi-
litatem excedunt. Unde maleficorum opera
quia non ſubſunt ſecundis cauſis cum talia
preter curſum cōmunem ⁊ ordinē nature eue-
niunt. Ideo nec fato ſed cauſis alijs quo ad
coꝝ originē neceſſario ſubduntur.

Conſequenter ꝙ nec huiuſmodi ma-
leficorum opera poſſunt oriri aut cau-
ſari a ſubſtantijs ſeparatis que ſunt
motores orbium ſeu corporibus celeſtium:
cuius opinionis fuit Auiceñ. et ſui ſequaces
hac ratione moti. quia enim ſubſtantie ille ſe-
parate altioris ſunt virtutis animabus no-
ſtris et ab ipſa anima interdum cum fuerit
in ſua imaginatione ad ſolam quandā appre-
henſionem interiorem circa aliquod extrin-
ſecum immutatur corpus proprium. inter-
dum etiam alienum ſeu extrinſecū. verbi gra-
tia. Aliquis ambulans ſupra trabem in alto
poſitam cadit de facili. quia imaginatur ca-
ſum ex timore. nō autem caderet ſi eſſet trabes
illa poſita ſuper terram vbi caſum timere nō
poſſet. Item ad ſolam apprehenſionem ani-
me incaleſcit corpus vt in concupiſcentibus
vel iratis: aut etiā infrigidatur ſicut in timen-
tibus. poteſt etiaʒ immutari ad aliquam egri-
tudineʒ puta febrem vel lepram ex forti ima-
ginatione et apprehenſione ad tales egritudi-
nes. et ſicut circa corpus proprium ita et cir-
ca alienum vt illud immutetur ad ſanitateʒ
vel egritudinem. et hic ponit cauſam etiam
faſcinatōnis de qua ſuperius tactum eſt. Et
quia ſcd̄m iſtam poſitionem effectus malefi-
carum haberent reduci ad motores orbium
licet non preciſe ad ipſa corpa celeſtia. Ideo
vltra illa que ibi tacta ſunt Dicamus adhuc
ꝙ talia ſic contingere eſt impoſſibile. quia cū
motores orbium ſint ſubſtantie intellectua-
les et bone nō tam ſm naturam qʒ et ſm vo-
luntatem quod patet ex earum operationibꝫ
ad bonum totius vniuerſi. Illa autem crea-
tura cuius ope magice operationes fiunt: et
ſi ſit bona ſm naturaʒ non tamen poteſt eſſe
bona ſcd̄m voluntatem. Ideo non poteſt eſ-
ſe idem iudiciū de ambabus ſubſtantijs. Et
ꝙ non poteſt eſſe bona ſm voluntatem pro-
batur. Nam preſtare patrocinium aliquibꝫ
in his que ſunt contraria virtuti non eſt ali-
cuius intellectus bene diſpoſiti: talia autem
fiunt in huiuſmodi operationibus malefico-
rum. fiunt eni vt in ſecunda parte operis pa-
tebit plurima homicidia. fornicationes. pue-
rorum et iumentorum occiſiones et alia ma-
leficia procurantur. vnde vtentes his artibꝫ
malefici a malefaciendo vocantur. non eſt er-
go bene diſpoſita ſcd̄m virtutem talis intel-
lectualis natura cui⁹ auxilio huiuſmodi ar-
tes maleficarūʒ innituntur: licet ſit bona ſm
naturam. quia habet eſſe et illud omnia appe-
tunt vt cuilibet intuenti patet. Item non eſt
intellectus bene diſpoſiti familiarem eſſe ſce-
leratis et eis patrociniū exhibere et non qui-
buſdam virtuoſis. Huius autem operibus
maleficorūʒ vtuntur homines ſcelerati quia
a fructibus eorū cognoſcuntur. Auxilio au-
tem ſubſtantiarum orbes mouentium: in bo-
num quelibet creatura inclinatur a natura.
licet corrumpatur per accidens ſepe. ergo il-
le ſubſtantie non poſſunt eſſe originalis cau-
ſa maleficaꝝ. Preterea intellectus bene diſpo-
ſiti eſt reducere homines in ea que ſunt ho-
mini propria bona que quideʒ ſunt bona ra-
tionis. abducere ergo ab iſtis et ꝑtrahere ad
alia minima bona eſt intellectus indecenter
diſpoſiti. Per huius autem artes non adipi-
ſcuntur homines aliquem profectum in bo-
nis rationis que ſunt ſcientie et virtutes ſed
in quibuſdam minimis vt ſunt deprehenſi-
ones et exercitia latronum et mille nocumen-
torum. ergo origo non eſt a ſubſtantijs ſepa-
ratis ſed ab aliqua alia virtute non bene diſ-
poſita ſcd̄m virtutem. Preterea non eſt bene
diſpoſitus ſm intellectuʒ qui per aliqua ſce-
lera cōmiſſa prouocatur ad auxiliuʒ alicui fe-
rendum. Hoc autem fit in iſtis artibus ma-
leficorum. nam vt patebit in execuitione ha-
rum fidem abnegant innocentes pueros oc-
cidunt. Subſtantie enim ſepate que ſunt or-
bium motores: propter ſuam bonitateʒ non
his maleficijs auxiliū preſtant. Concluden-
do ꝙ huiuſmodi artes ſicut nō poſſunt a cor-
poribus celeſtibus ita nec ab eorū motoribꝫ



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

oriri. et cū neceſſe habent oriri ex aliqua virtute alicui creature collate. et illa etiā non poteſt eſſe bona ſcdm voluntatez. licet ſit bona ſcdm naturā. et huiuſmodi creature ſint ipſi demones: relinquitur ꝙ eoꝝ virtute huiuſmodi fiant niſi fortaſſis adhuc obſtat friuola eſtimatio ꝙ ex hominū malicia concurrente ſuper maleficoꝝ verba cōminatoria ꝛ imagines repoſitas ad certū locū virtute quadā ſtellarū ſequerentur. vt verbi gratia: quando maleficus diceret imaginē aliquā reponendo. faciā te cecam aut claudā et hoc eueniret. Tunc ideo eueniret ꝙ talis a ſua natiuitate ex virtute ſtellarū ſortiretur pre ceteris hominibus talem virtutē. quantūcunqꝫ alij talia verba proferrent et eſſent inſtructi per diſciplinam ad proferendū. adhuc tñ efficaces in huiuſmodi operibꝫ eſſe non poſſent. Ad que ſingula reſpondendo declarabitur. Primo ꝙ ex malicia hoīm huiuſmodi effectus cauſari non poſſunt. Secundo ꝙ nec ex vocibꝫ quorūcunqꝫ hominū concurrente quacunqꝫ conſtellatōe etiā ad quaſcūqꝫ imagines.

Et primo ꝙ non ex malicia quantūcunqꝫ hūana poſſint oriri hmōi maleficorū opera ſic declaratur. Nam malicia hoīs ſiue ſit habitualis inquantū quis ex frequentatis actibus acquirit habituz inclinantē ad perpetrandū peccata nō ex ignorantia nec infirmitate. vnde cenſetur peccare ex malicia. Vel ſit actualis malicia que dicit̄ ipa mali electio que etiaz ponitur peccatū in ſpiritū ſanctū. nunqꝫ poteſt circa ipſum maleficū tantū efficere ꝙ talia opera vt ſunt immutatōnes elementoꝝ ꝛ leſiones circa corpora indifferenter hominū et iumentoruz abſqꝫ aſſiſtentia alicuius altioris virtutis prouenīant quod declaratur primo ex parte cauſe. ſecundo ex parte effectus maleficialis. Nam ſi quod non poteſt homo efficere abſqꝫ malicia puta per ſua naturalia imminuta: minus poteſt per ipſa naturalia iam diminuta. Patet cū iam ſit virtus actiua etiaz diminuta. Sed homo per peccata qualitercunqꝫ per maliciā cōmiſſa diminuitur in bonis naturalibus. ꝓbatur auctoritate et ratione. Nam Dio. iiij. ca. de diui. no. dicit. Malū eſt defectus naturalis habitudinis. et loquitur de malo culpe. Unde et nemo noſcens malū operatur illud: quod ſi operatur ex defectu operat̄. Ratio ſic. Sicut ſe habet bonū gratie ad maluz nature ita ſe habet malū culpe ad bonū nature. ſed per gratiā diminuitur malū nature vt fomes qui eſt inclinatio ad culpam. ergo per culpam a fortiori diminuitur bonum nature. Nec obſtatur ſi dicatur de faſcinatōe que interdū procuratur ex inuultuatione ſeu inſpectione alicuius vetule malicioſe puerum aſpicientis vnde puer immutatur et faſcinatur. quia ſicut ſupra tactū eſt: hoc tantūmodo contingere poteſt circa pueros propter tenerā ꝯplexionē. Hic autē loquimur de corporum quorūcunqꝫ hominū et iumentoruz ac etiā elementoꝝ ad grandines immutationes. Si quis velit latius intelligere: inſpiciet doctorē ſanctuz in queſtionibus de malo. Utrū peccatū poſſit corrūpere totū bonū nature. ꝛc̄. Ex parte deniqꝫ effectuū maleficialium declaratur. Naz ex effectibus deuenitur in cognitionē cauſe. Unde ſicut illi effectus quo ad nos qui fiunt preter ordinez nature create nobis note per virtutē creature nobis ignote. licet non ſint proprie miracula ſicut illa que fiunt preter ordinē totius nature create qualia ſm poteſtatez operatur ille qui eſt ſupra omnē ordinē totius nature create qui eſt deus benedictus: ſcdm quā acceptionē dicitur. Tu es qui facis mirabilia magna ſolus. ita et maleficiales effectus dicuntur miraculoſi inquantū fiunt ab aliqua cauſa nobis ignota et preter ordinē nature create nobis note. Ex quibus elicitur ꝙ virtus corporalis hoīs ad huiuſmodi opera cauſanda nō ſe extendere poteſt que ſemper hoc habet vt cauſa cum ſuo effectu naturali nota ſit naturaliter abſqꝫ admiratione. et ꝙ effectus maleficiales poſſunt aliquo modo dici miracula inquantū noticiā humanā excedunt patet ex ſe ipſis cum naturaliter non fiunt. patz et per om̄es doctores. preſertim Auguſtinū. in li. lxxxiij. q. vbi dicit. Ex magicis artibus fiunt miracula plerūqꝫ ſimilia illis miraculis que fiunt per ſeruos dei. Et iterū in eodē dicit. Magi faciunt miracula per priuatos contractus. boni chriſtiani per publicā iuſticiam. mali chriſtiani per ſigna publice iuſticie que omnia ſic declarantur. Nam iuſticia diuina eſt in toto vniuerſo ſicut lex publica in ciuitate. Uirtus autez creature cuiuſlibet in vniuerſo ſe habet vt virtus alicuius priuate perſone in ciuitate. Ideo boni chriſtiani inquantū per diuinā iuſticiā miracula faciunt dicuntur facere miracula per publicaz iuſticiā. Magus autez quia operatur ex pacto inito cū demone: dicitur operari per priuatum contractū quia operatur per demonē qui ſua naturali virtute poteſt facere aliquid preter ordinē nature create nobis note ꝑ virtutem creature nobis ignote. et erit miraculū

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

taſmatib'. Item q2 nihil amatur niſi cogni-
tum. dentur exempla ad placitu3 de auro qđ
amat auarus q2 intelligit eius virtutem ⁊c̃.
Ideo obtenebrato intellectu obtenebrat̃ ⁊ vo
luntas in ſuis affectõib'. Hec aũt pt facere
demon ⁊ abſq3 malefica et cũ malefica: imo et
accidere pñt ex ſola icautela oculoꝝ. et de ſin
gulis trademus exempla. Nam vt Iaco. i. di
citur. Vnuſquiſq3 tentatur a ꝯcupiſcẽtia ſua
abſtractus ⁊ illectus. Deinde ꝯcupiſcẽtia cũ
ꝯcepit parit peccatũ: pcc̃m vero cũ ꝯſumma-
tum fuerit generat mortẽ. Sic ſychem cũ vi-
diſſet Dinam exeuntẽ ad videndũ mulieres
regionis adamauit eam et rapuit ⁊ dormiuit
cũ illa et ꝯglutinata eſt aĩa eius cũ ea. Geneſ.
xxxiiij. et ſm glo. Infirme aĩe ſic accidit qñ
poſtpoſitis ꝓprijs vt dina aliena negocia cu-
rat ſeducit̃ ꝯſuetudine et fit vna vnitate ſen-
ſus cũ illicitis. De ſcđo q' etiã abſq3 maleficis
oriat̃ interdũ ex tentatõe demonũ principa-
liter ſic declarat̃. Nam amon ſororẽ ſuã tha-
mar ſpecioſiſſimã adamauit et depierat in ea
valde ita vt ꝓpter eius amorẽ egrotaret. ij. Re
gum. xiij. Nõ eni in tantũ facinus ſtupri q̊s
ꝓſiliret niſi in toto corrupt' ⁊ a diabolo gra-
uiter tentatus. Vnde glo. ibidẽ. Hoc monet
nos et ideo deus ꝑmiſit vt ſemper caute aga
mus ne vicia in nobis dominent̃ ⁊ princeps
peccati qui falſam pacẽ ꝑiclitantib' ſpondet:
nos paratos inueniens improuiſe trucidet. De
hoc ſcđo genere amoris/refertus eſt liber ſan
ctoꝝ patrũ/qui refert q' licet omnẽ tentatõe3
carnalis ꝯcupiſcẽtie ſibi ſubtraxiſſent tñ vl-
tra q̃3 credi pt tentabant̃ aliq̃tiens amore mu
lierum. Vñ et. ij. Corinth. xij. apl's dicit. Da
tus eſt mihi ſtimulus carnis mee angelus ſa
thane qui me colaphiſet. vbi glo. Tentando
ꝑ libidinẽ datus eſt mihi. Tentatio autẽ cui
nõ ꝯſentitur nõ eſt peccatũ/ſed materia exercẽ
de virtutis. et hoc intelligit̃ de tentatõne que
ab hoſte/nõ a carne/que ſp eſt ad minus pec-
catum veniale/etiã ſi ei non ꝯſentiat̃. Poterit
p̃dicator aliqua exempla deducere ſi placue-
rit. De tercio q' amor hereos ꝓueniat ex ma-
leficijs demonũ diſcuſſu3 eſt ſupra. et de hac
loquimur tentatõne. Et ſi quis diceret quõ
poſſet diſcerni q' nõ ex diabolo ſ3 ſolũ ex ma
leficio talis amor inordinatus ꝓcedit. Dicẽ-
dum q' ex multis. Primo ſi taliter tentatus
pulcrã et honeſtã habeat vxorẽ et oppoſitum
ꝯſtat de altera ⁊c̃. Scđo ſi iudiciũ rõnis om
nino ligatur q' nullis plagis ſeu verbis aut
factis aut etiã ꝯfuſionib' ad deſiſtendũ ab ea
induci valeat. Et tercio potiſſime qñ ſe ꝯtine
re non pt quin interdũ inopinate ſe etiã ꝑ lon
gum ſpaciũ nõ obſtante aſperitate itineris ꝑ
ut ex taliũ ꝯfeſſione quiſq3 ſentire pt ſe tranſ-
ferre habeant ſiue de die ſiue de nocte. Nam
ſicut dicit Criſoſto. ſup Matth. xx. de aſina
quã chriſtus equitauit. q' cũ demon volun-
tatem hoĩs pcc̃o poſſidet quaſi ad libitũ tra-
hit quo placet. exemplũ dans de naui in ma-
ri perdito gubernaculo q̃ ad libitũ venti ꝓij
citur. et ſicut qui equo potenter inſidet et rex
tyranni hñs poſſeſſionẽ. Quarto diſcernitur
in eo q' inopinate ⁊ ſubito vehunt̃ et immu-
tantur interdũ vt nihil eis obſtare poſſit. Eli
citur etiã ex ipſius perſone infamia. et anteq̃3
ad vlteriorẽ queſtionẽ de maleficijs circa po
tentiam generatiuã ꝓcedamus q̃ etiã annexa
eſt: primo ſoluenda ſunt argumenta

Sequunt̃ ſolutões argumentoꝝ.

Ad argumenta aũt rñdendo. Ad pri-
mum q' voluntas hoĩs regat̃ a deo:
ſicut intellectus ab angelo bono. Pa
tet ſolutio. Intellectus eni ſicut tñmodo il-
luſtratur ab angelo bono ad cognitõe3 veri.
Vñ ſequitur amor boni. q2 verũ et ens ꝯuer
tuntur. ita etiã intellectus pt a malo obtene-
brari in cognitionẽ veri apparentis. et hoc ꝑ
ꝯfuſionẽ ſpecieꝝ principijs ſenſitiuis. i. vir-
tutibus ⁊ potentijs ſenſitiuis interiorib' re-
preſentatis. vñ ſequit̃ amor inordinatus ap-
parentis boni puta corꝑalis delectatõis quã
etiã tales querũt. Ad ſecundũ argumentũ q'
intra corꝑa nõ pñt eſſe illa immutando. par-
tim eſt verũ partim nõ. et hoc quo ad triplicẽ
immutationẽ. Nõ eni poſſunt illa immutare
quantũ ad eductõ3 alicuius forme ſiue ſub-
ſtantialis ſiue accidentalis: que etiã potius di
cenda eſt ꝓductio q̃3 immutatio ſine admini-
culo alicuius alterius agentis aut etiam ſine
diuina ꝑmiſſione. Si aũt loquamur de im-
mutatione qualificatiua vt de ſanitate ⁊ in-
firmitate ſic vt ex p̃cedentib' pat3 pñt varias
infirmitates etiã vſq3 ad ligamen rõnis im-
mittere. et ſic odiũ et amorẽ inordinatũ ꝓcu-
rare. Poteſt etiã addi tercia immutatio q̃ fit
qñ angelus bonus vel malus illabit̃ corꝑi ſi
cut dicimus q' deus tñmodo illabitur aĩe.
id eſt eſſentie aĩe. Sed vbi dicimus q' ange-
lus illabit̃ corꝑi p̃cipue malus vt in obſeſſis
ibi nõ illabit̃ infra terminos eſſentie corꝑis.
q2 ſic ille ſolũmodo qui dat eſſe ſc3 deus crea
tor illabi pt: et ꝯtinet̃ tanq̃3 qui habet intrinſe
cam operatõe3 aĩe. Dicit̃ tñ illabi corpori qñ
aliquid oꝑatur circa corpus. quia ibi eſt vbi
operat̃. vt dicit Dam. et tũc operat̃ infra ter-
minos corꝑalis quãtitatis ⁊ infra terminos



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

eſſentie corpis. Unde elicitur ꝙ corpus habet terminos duplicis rõnis quantitatis et eſſentie. Et eſt diſtinctio ſicut inter ſuppoſitū et naturā. Unde ſicut corpori illabi pñt ita et potentijs affixis organis corpalibꝫ ꝛ ꝑ cõſequens pñt impreſſiones facere in potentias. vñ ꝑ accidens talis opatio et impreſſio reſultat in intellectū cum eius obiectū ſit fantaſma ſicut color viſus vt dicit̃ in.iij.de aïa.et ꝯſequenter ꝑ accidens vſqꝫ ad voluntatẽ qꝛ voluntas ſuum obiectū recipit ab intellectu ſub rõne boni ſcḋm ꝙ intellectus apprehendit aliquid in rõne boni veri et apparentis. Ad terciū argumentū cognoſcere cogitatões cordis eſt dupliciter. vel in ſuo effectu vl̓ vt ſunt in intellectu. Primo modo nõ ſoluꝫ angelus ſed etiā homo cognoſcere pt: licꝫ angelus ſubtilius vt patebit. Nam interdū cogitatio cognoſcitur non ſolū ꝑ actū exteriorẽ ſed etiaꝫ ꝑ immutationẽ vultus.et etiaꝫ medici aliqͣs affectões animi ꝑ pulſum cognoſcere pñt. Vñ Aug⁹ in li. de diuinatõe demonū. dicit. ꝙ aliqñ hoīm diſpoſitões nõ ſolū voce ꝓlatas ſed etiā cogitatõe ꝯceptas cum ſigna quedam ex animo exprimunt̃ in corpe tota facilitate ꝑdiſcunt. Qͣuis in libro retractationuꝫ hoc dicat nõ eſſe aſſerendū. quõ ħ fiat extimo ꝙ retractat. Si quis diceret eum ſenſiſſe ꝙ cogitatões demon cognoſceret in intellectu. Alio modo pñt cognoſci cogitões ꝓut ſunt in intellectu et affectões ꝓut ſunt in voluntate.et ſic ſolus deus cogitatões cordium et affectões voluntatū cognoſcere pt. Cuius rõ eſt. qꝛ voluntas creature rõnalis ſoli deo ſubiacet: et ipſe in eam ſolus opari pt qui eſt principale eius obiectum ꝛ vltimus finis.et ideo ea que in voluntate ſunt vel ex voluntate ſola dependent: ſoli deo ſunt nota. Manifeſtū ẽ aũt ꝙ ex ſola volũtate depẽdet ꝙ actu aliquis aliqͣ ꝯſideret. qꝛ cum aliqͥs habet habitum ſcientie vel ſpecies intelligibiles in eo exiſtentes vtitur eis cum vult. Probat̃ etiaꝫ ex his que dicta ſunt. qꝛ angelus non pt illabi aïe ergo nõ pt ꝑ naturā videre ea que ſunt in aïa.et qͣꝫ diu ſunt in intimo anime. Unde qñ arguitur. Demon non pt videre cogitatões cordiū. ergo non pt corda ſeu mentes hoīm ad amorẽ vel odiuꝫ incitare. Dicitur ꝙ ſicut cognoſcit ſcꝫ ꝑ effectus ꝛ ſubtiliori modo qͣꝫ homo: ita etiaꝫ ſubtiliori modo pt immutare ad odiū vel amorẽ cõmouendo fantaſmata ꝛ intellectū obtenebrando. Eſt etiā aliquid timoroſis ꝯſcientijs ꝛ virtuoſis ꝓ eoꝝ ꝯſolatione aduertendū ꝙ immutatio ſenſibilis exterior ꝛ corpalis que ꝯcomitatur cogitatões hoīs qñqꝫ eſt ita exilis et indeterminata ꝙ diabolus ꝑ eam in certā ꝯgnitionẽ cogitatõis venire nõ pt. preſertim qñ ſtudijs aut bonis opibus vacant interpellatim et tales tunc in ſomnis plus vexat. experientia hec docet. Qñqꝫ eſt ita fortis et determinata ꝙ ꝑ illaꝫ pt cognoſcere cogitationẽ quantū ad ſpeciẽ vt ꝙ cogitat de inuidia vel de luxuria. ſed an ꝑ eā poſſit certitudinaliter ꝯgnoſcere quantū ad oẽs circũſtantias vt videlicꝫ ſuꝑ talem vel talem ſub dubio dimittamus ſicut et repimus. niſi qḋ verū eſt ꝙ tales circũſtantias ex actibus poſtmodū cognoſcere pt. Ad quartū patet qꝛ licet illabi aïe tm̃ ꝯueniat deo: tñ illabi corpori ꝛ ꝑ ꝯſeqͣns potentijs affixis corpori modo ſupra tacto. hec pt cõuenire angelo ſiue bono ſiue malo: vnde amor et odiū in tali hoïe cauſari pñt. Ad illud ꝙ virtus ſenſitiua ſit dignior qͣꝫ nutritiua que tñ non pt immutari ab eo. Dicendū ꝙ imo ſuꝑ vim nutritiuam etiā poſſet ita vt aliquid citius vel tardius diriget̃ in os vel in carnẽ. ſed ad illud nõ cooperat̃ ſicut ad impediendū vel agitandum vires ſenſitiuas interiores vel exteriores et hoc ꝓpter ſuū lucrum qḋ ex ſenſuū deceptione et intellectus illuſione plurimū ꝓcurat.

## Queſtio octaua. An generatiuā potentiā ſeu actū venereū malefice impedire pñt qḋ maleficiū in bulla cõtinetur.

Secundo eadeꝫ veritas ſcꝫ ꝙ adultere fornicarie ꝛc̃. amplius exiſtunt malefice oſtendit̃ ꝑ impedimentū maleficiale ſuꝑ actū generatiue potentie et vt veritas magis eluceſcat arguit̃ primo. ꝙ nõ ſit poſſibile. qꝛ ſi tale maleficium eſſet poſſibile poſſet etiā maritatis ꝯtingere. qḋ ſi ꝯceditur tũc cũ matrimoniū ſit opus dei ꝛ maleficium opus diaboli fortius erit opus diaboli opere dei. Si vero ꝯceditur ꝙ tm̃modo fornicarijs et nõ maritatis tunc redibit opinio ꝙ maleficium nihil ſit in re: ſed tm̃ in opinione hoīm cuius oppoſitū in prima.q.tactū eſt. aut dabitur rõ cur iſtis ꝛ nõ illis ꝯtingere pñt.et cum nõ videtur ſubeſſe alia ratio niſi qꝛ opus dei matrimoniū exiſtit. Et illa rõ ſcḋm theologos nõ ꝯcludit. vt ptꝫ in.iiij.di.xxxiiij.de impedimẽto maleficiali. manet adhuc argumentum ꝙ opus diaboli erit fortius opere dei. et cū hoc ſit incõueniens aſſerere. ergo etiā inconueniens eſt aſſerere per maleficiuꝫ poſſe impediri actum venereū. Item diabolus nõ pt impedire actus aliaꝝ virium naturaliū vt comedendi. ambulandi. erigendi. qḋ videtur eſſe verū ex eo qꝛ interimere poſſent totū mundū.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

Preterea cum actus venereus equaliter ſe ha
bet ad oēm mulierē ſi impeditur. impeditur
etiam ad oēm mulierē. ſed hoc eſt falſum. er⸗
go et primum. ꝙ falſum ſit docet experientia
cum tales qui dicunt ſe maleficiatos ſunt po
tentes ad alias. licet nō ad illas quas cogno⸗
ſcere nō poteſt. quia videlicet nō vult. vnde
nihil poteſt in re. In cōtrarium et ꝓ veritate
eſt. c. Si ꝑ ſortiarias. xxxiij. q. viij. Item om
nium theologoꝝ ⁊ canoniſtaꝝ ſententia vbi
tractant de maleficiali impedimento matri⸗
monij. Item ratio alludit cuꝫ maior ſit ptās
demonis ꝙ̄ hoīs. et hō impedire pt potentiā
generatiuā ſiue ꝑ herbas frigidiſſimas ſiue ꝑ
alia impedimenta ⁊c̄. vt quiſꝫ imaginari pt
ergo et demon qui acutioris ſcientie exiſtit hꝰ
facere ꝑamplius poteſt. Reſponſio ex duobꝰ
que ſupra tacta ſunt veritas ſatis patere po⸗
teſt licet modus impediendi nō ſit ſpeculati⸗
ue declaratus. Nam tactum eſt ꝙ maleficiū
non eſt solū in opinione hoīm quaſi nihil in
re. immo effectus innumeri maleficiales ac⸗
cidere pñt vere et realiter deo ꝑmittēte. Oſten
ſum eſt etiā ꝙ deus amplius permittit ſuper
vim generatiuā ꝓpter maiorem eius corrupti
onem ꝙ̄ ſuꝑ alios actus humanos. Sed de
modo quo tale impedimentum ꝓcuratur eſt
aduertendū ꝙ nō ꝓcurat ſolū circa vim gene
ratiuam ſed etiam circa vim imaginatiuā ſeu
fantaſiam et ſuper hoc notat. Pe. de palu. in
ſuo. iiij. diſt. xxxiiij. quinqꝫ modos. Dicit eni
ꝙ quia demon ex hoc ꝙ eſt ſpūs habet pote⸗
ſtatem ſuꝑ creaturā corꝑalem ad motum lo⸗
calem ꝓhibendū vel faciendū. Ideo poteſt
corpora impedire ne ſibi appropinquant di⸗
recte vel indirecte interponendo ſe quoqꝫ in
corꝑe aſſumpto. ſicut accidit ſponſo qui de⸗
ſponſauerat idolum. et nihilominus cōtra⸗
xerat cum iuuencula. nec ꝓpter hoc poterat eā
cognoſcere. Secundo modo hoīem inflam⸗
mare ad actum illum vel etiā refrigerare ab
actu illo adhibendo occulte virtutes rerum
quas optime nouit ad hoc validas. Tercio
modo turbando eſtimationē ⁊ imaginationē
qua reddit mulierē exoſam. quia poteſt vt di
ctum eſt in imaginationē imprimere. Quar⸗
to reprimendo directe rigorē membri fructi⸗
ficationi congruenti. ſicut etiā motum localē
reprimere pt. Quinto ꝓhibendo miſſionem
ſpirituū ad membra in quibꝰ eſt virtus moti
ua: quaſi intercludendo vias ſeminis ne ad
vaſa generatōnis deſcendat vel ne ab eis re⸗
cedat. vel ne excidat vel emittatur et multis
alijs modis. Et ſubdit hoc quod ſupra actū
eſt ab alijs doctoribꝰ ꝯcordando dicēſ. Plus
enim permittit deus ſuper hūc actum ꝑ quē
primū peccatū diffundit ꝙ̄ ſuꝑ alios actus
humanos. ſicut et ſuꝑ ſerpentes qui magis
incantationibꝰ deſeruiūt ꝙ̄ alia animalia. et
poſt pauca dicit. Idem etiā de muliere eſt. qꝛ
poteſt imaginationē eius ſic dementare vt ex
oſum habeat virū ꝙ ꝓ toto mundo nō ꝑmit
tit ſe cognoſci. Poſt vult dare rōnem quare
plus maleficiunt viri circa talem actū ꝙ̄ mu
lieres. et dicit ꝙ quia tale impedimentū fit in
terdum per obſtruſionē vaſis. vel etiā ꝑ mo⸗
tum localē reprimendo rigoreꝫ membri. que
potius et facilius in viris ꝯtingere pñt. ideo
plures viri maleficiātur ꝙ̄ mulieres. Poſſet
etiā quis dicere ꝙ ideo quia plures mulieres
ſuperſtitioſe ſunt ꝙ̄ viri. ⁊ potius allicere cu
piunt viros ꝙ̄ mulieres. vel etiā in deſpectuꝫ
hoc faciunt mulieris cōiuncte vt vtrobiqꝫ fa
ciant occaſionē adulterandi. dum vir alias
cognoſcere pt et nō ꝓpriam. et ſimiliter vxor
etiam alios habeat querere amatores. Addit
etiā ꝙ deus permittit amplius ſeuire in pec⸗
catores ꝙ̄ in iuſtos. Vn̄ angelus dixit Tho
bie. In illos qui libidini vacant accipit de⸗
monium ptātem. licet etiā aliqn̄ in iuſtos ſi⸗
cut in Job. ſed nō circa vim generatiuā ꝓpter
que debent facere cōfeſſiones et alia bona ne
ferro manente in vulnere fruſtra ſit medicinā
apponere. hec Pe. ſed de ammotione talis ef⸗
fectus patebit in tercia parte operis.

Incidentaliter aliqua dubia declarantur.

Incidentaliter vero ſi queritur. Qua
re actus ille aliqn̄ impeditur reſpectu
vnius mulieris. et nō reſpectu alteri⸗
us: Reponſio ſcḋm Bonauē. hec eſt. vel quia
ſortilegus ſeu malefica ad hoc reſpectu ꝑſo⸗
ne determinate diabolū immutauit. vel quia
deus reſpectu ꝑſone cuiuſlibet impedire nō
permittit. Occultū eni dei iudiciuꝫ hic latet:
vt patet in vxore thobie. Et addit. ſi querit.
quomodo diabolus hoc facit. Dicendum ꝙ
impedit generatiuā nō impedimento extrin⸗
ſeco ledendo organum ſed extrinſeco impe⸗
diendo vſum. Unde qꝛ eſt impedimentū ar
tificiale nō naturale. ideo pt impedire ad vnā
q̄ nō ad alias. vel tollendo excitationē ꝯcu
piſcentie ad illam et nō ad aduerſus aliaꝫ et
hoc ꝑ virtutē ꝓpriam vel herbā. vel lapidem
vel ꝑ aliquā naturā occultam. Et hec ꝯueni
unt cum dictis Pe. de palude. Preterea cum
in potentia talis actus beneqꝫ ex frigiditate
nature ſeu naturali defectu ꝯtingit. Si que⸗
ritur quō pt diſcerni ꝙ ex malificio vel non



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

maleficio contigerit. Reſpondit Hoſtien. in
ſumma. licet hoc non ſit predicandū publice
qn̄ virga nullatenus mouetur et nunq̄ po-
tuit cognoſcere. hoc eſt ſignū frigiditatis. ſed
qn̄ mouetur ꝛ erigitur pficere aūt non poteſt
eſt ſignū maleficij. Notandū inſup q̄ nō ſo-
lum fit maleficiū ne quis actū illum exercere
valeat. ſed etiā aliquando fit ne mulier conci
piat vel vt aborſum faciat. Sed nota ſm ca-
nonum ſanctiones. q̄ quicūq̄ ꝑpter vindicte
libidinē explendam. vel ꝑpter odiū aliquid
fecerit viro vel mulieri ꝑpter quod nō poſſet
generare vl̄ ꝯcipe reputat̄ homicida. extra d̄
homic. ſi aliq̄s. Et nota q̄ cōiter loquit̄. c. de
amatoribꝫ ſeculi qui ſuis amaſijs per pocula
ne ꝯfuſionē incurrant talia ꝓcurant. vel etiā
ꝑ certas herbas naturam nimiū infrigidan-
tes abſq̄ auxilio demonū. vnde penitentes ſi-
cut homicide ſunt puniendi. Malefici aūt ꝑ
maleficia talia ꝓcurantes ſunt ſm leges vlti
mo ſupplicio puniende. vt ſupra in prima q̄-
ſtione tactum eſt. Et ꝑ ſolutione argumento
rum vbi difficultatur an mr̄imonialiater cō-
iunctis talia cōtingere poſſint. Eſt vlterius
aduertendū q̄ licet ex his que tacta ſunt non
pateat ſup hoc veritas tn̄ vere et realiter illis
in matrimonio ſicut ꝛ extra ꝯtingere pn̄t. Et
prudens lector qui copiam librorum habet in-
ueniet tam apud theologos q̄ canoniſtas ꝑ
cipue. extra. et in materia de frigid̄ et malefi-
ciatis. et in. iiij. di. xxxiiij. mutuo cōcordan-
tes. et duos errores reprobantes: preſertim
circa matrimonialiter cōiunctos qui ſentire
videbantur q̄ tale maleficiū non poſſet con-
tingere inter matrimonialiter cōiunctos mo
tis illis rōnibus q̄ diabolus nō poſſet opera
dei deſtruere. Et primus error qui ab eis re-
probatur eſt cōtra illos qui dicebant malefi-
cium nihil eſſe in mundo. ſed tm̄ eſſet in opi-
nione hoīm qui ex ignorantia cauſarum occul-
tarum. et quas etiā nullus hoīm ſcire poteſt
aliquos effectus naturales maleficijs impu-
tabant. quaſi illos efficerent nō occulte cauſe
ſed demones ꝑ ſe vel maleficos. Et hic error
licet ab omnibꝫ alijs doctoribꝫ ſub ſimplici
falſitate reprobatur. tn̄ a ſancto Tho. acrius
impugnatur vbi ipſum tanq̄ hereſim cōde-
mnat dicens. q̄ hic error ex radice infidelita
tis ꝓcedit. Et q2 infidelitas in chriſtiano he
reſis dicit̄. ideo tales vt heretici merito ſunt
ſuſpecti. De qua tamen materia etiā in prima
queſtione tactū eſt. licet ibi nō taliter ſit decla-
ratum. Nam ſi quis alia dicta doctoris ſan-
cti in alijs locis ꝯſiderat. rōnes inueniet. qua-
re aſſerit talem errorem ex radice infidelitatis

procedere. Nam in queſtionibꝫ de malo vbi
tractat de demonibꝫ. et in. q. i. an demones ha
beant corpora naturaliter ſibi vnita; Inter
alia que ibi recitant̄ mentio de illis qui ſin-
gulos effectus ad virtutes celeſtiū corporū.
quibus et ſubeſſe dicebāt occultas cauſas ef-
fectuum inferiorum dicens. Conſiderandū eſt
q̄ paripatetici ariſtotelis ſectatores nō poſu-
erunt demones eſſe ſed ea que attribuunt̄ de-
monibus dicebant ꝓuenire ex virtute cele-
ſtium corporum et aliarū naturaliū rerum. Vn̄
Aug9 dicit. x. de ci. dei. porphirio viſum fu-
iſſe q̄ herbis et lapidibus et animantibꝫ ac ſo
nis certis et vocibꝫ ac figurationibꝫ atq̄ fi-
gmentis quibuſdā etiā obſeruatis in celi con
uerſione motibꝫ ſiderū fabricari in terra ab
hominibꝫ poteſtates ſiderū idoneas varijs
effectibus exequendas. Ex quibꝫ apparet er-
ror q̄ oīa reducebant in cauſas occultas ſide
rum et demones tm̄modo fabricarent̄ ex opi
nione hoīm. Sed q̄ hec poſitio ſit falſa ma-
nifeſte probat ſanctus Tho. ex hoc ibidē. q̄
repiuntur alique operatōnes demonum que
nullo modo pn̄t ex aliq̄ naturali cauſa ꝓce-
dere. puta q̄ aliquis obſeſſus a demone loq̄-
tur linguā ignotam. et multa alia inueniunt̄
opa demonū tam in arreptitijs q̄ nigroman
ticis artibꝫ. q̄ nullo modo pn̄t niſi ex aliq̄ in-
tellectu ꝓcedere. ad minus bona ſm naturā
licꝫ mala ſm volūtatē. Et ideo coacti fuerūt
ꝑpt̄ incōuenictia tacta alij phi ponere demo-
nes eſſe. licet poſt in varios errores inciderūt
alijs putantibꝫ aīas hoīm a corpibꝫ exeunti-
bus demones fieri. Vn̄ et multi auruſpices
pueros occiderūt vt aīas eorum ſuos cooꝑato-
res haberent. et plures alij ibi errores recitā-
tur. Vn̄ ptꝫ q̄ nō immerito doctor ſcūs dicit
talem opinionē ex radice infidelitatis ꝓcede
re. Si cui placet legat Aug9. in. viij. et. ix. de
ci. dei. ſup varios errores infideliū circa na-
turam demonū. quare etiā cōmunis rō oīm
doctorum que in pfata diſtinctōe allegat̄ cōtra
hmōi errantes ſcꝫ qui maleficiū aliquid eſſe
negantes magne eſt efficacie in ſententia licꝫ
breuis ſit in verbis. vbi dicūt q̄ qui malefici-
um nihil eſſe in mundo aſſerunt. ꝯtrariantur
oīm doctorum ſententijs ꝛ ſacre ſcripture decla
rantis demones eſſe et demones habere pote
ſtatem ſupra corpa et ſupra imaginatōes ho
minū deo ꝑmittente. vn̄ et ꝑ eos malefici mi-
ra opari pn̄t circa creaturas. Vnde et merito
ipſorum demonū inſtrumenta et ad quorum inſtā
tiam demones interdum ad creaturarum nocu
menta opantur malefici dicunt̄. Et quidē q̄
ꝑ reprobatōꝫ huius pmi erroris a doctoribꝫ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
0 1 2 3 4 Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

non fit mentio de matrimonialiter ꝯiunctis.
tñ ꝑ reprobationē ſecundi erroris hoc patet.
Dicunt enī ꝙ alioꝝ error erat ꝙ licet malefi=
cium eſſet et abundaret in mundo etiā cōtra
carnalē copulā. tñ qr nullū tale maleficiū pt
cenſeri ꝑpetuū ideo nunꝙ̄ dirimeret mr̄imo=
nium iam ꝯtractū. Ecce ꝙ mentio fit de ma=
trimonialiter ꝯiūctis. Improbando aūt hūc
errorē licet hoc declarare nō deſeruiat ad ꝓ=
poſitū. tñ ꝓpter eos qui copiā libroꝝ nō ha=
bent. Notanduȝ ꝙ improbant ꝑ hoc ꝙ talia
aſſerere dicunt eſſe ꝯtra experimentū et ꝯtra iu=
ra antiqua ⁊ noua. Unde dant talē catholici
doctores diſtinctōȝ ꝙ impotentia et malefi=
cio ꝓcurata aut eſt tp̄alis aut ꝑpetua. Si tē=
poralis tūc nō impedit. Tunc aūt p̄ſumitur
eſſe tp̄alis qñ infra ſpaciū triū annoꝝ coha=
bitantes et quantū pñt operam dantes ſiue ꝑ
eccleſiaſtica ſacramenta ſiue ꝑ alia remedia ſa
nari pñt. Si vero nō ſanentur aliquo reme=
dio ex tunc p̄ſumitur eſſe ꝑpetua. et tūc aut p̄
cedit matrimonij ꝯtractōeȝ ⁊ ꝯſummatōeȝ et
ſic impedit matrimoniū ꝯtrahendum et diri
mit iam ꝯtractū. aut ſequit̄ matrimonij con=
tractionem ſed nō ꝯſummatōȝ et ſic etiā vt di
cunt aliqui dirimit matrimoniū iam ꝯtractū.
dicit̄ enī. xxxiij. q. i. c. i. ꝙ ꝯiugiū ꝯfirmat̄ of=
ficio ſcȝ carnis. vt dicit glo. aut ſequit̄ matri
monium ꝯſummatū ⁊ tūc vinculū matrimo
niale nō dirimit. plura ibi notantur. extra de
frigid. ⁊c̄. ꝑ Hoſtieñ. et Goffre. et doctores.
etiā theologos vbi ſup̄. Ad argumenta. Ad
primū ſatꝫ ptȝ ex his q̄ dicta ſūt. Nam p̄mo
ꝙ dei opa pñt deſtrui ꝑ opera diaboli ſi ma=
leficium poſſet inter ꝯiugatos cōtingere. nō
valet inſtantia immo oppoſitū patet cū nihil
poſſit diabolus niſi deo ꝑmittente. Item qr
nō per violentiā deſtruit vti tyrannus. ſed ꝑ
quandaȝ artē extrinſecā vt ſupra patuit. Ad
ſecundū patuit ſupra quare potius deus ꝑ=
mittit ſup hunc actū venereū ꝙ̄ ſuper alios
actus pt etiaȝ ſuper alios qñ deus permittit.
Unde nō valet ꝙ perimat mundū. Ad terci=
um ſimiliter patet ex dictis.

Queſtio nona. An malefice p̄ſtigioſa illu
ſione operant̄ circa membra virilia quaſi
illa omnino ſint a corporibus euulſa.

Tercio eadē veritas declaratur per
diabolicas operatōnes circa mem
brū virile. cuius rei veritas vt ma=
gis eluceſcat querit̄. An malefice
valeant mēbra virilia virtute demonū vere ⁊
realiter vel ſolūmodo preſtigioſa apparitōne
auferre. et arguitur ꝙ vere et realiter ꝑ argu=
mentuȝ a fortiori. Maiora pñt demones vt
hoīes occidere vel localiter tranſferre. vt ſu=
pra patuit de iob. et thobie. vij. viris occiſis.
ergo etiā pñt membra hoīs vere ⁊ realiter au
ferre. Preterea. glo ſup illud. ps. Immiſſio=
nes per angelos malos. Deus punit per ma
los angelos ſicut populū iſraeliticū ſepe pu=
niuit varijs languoribꝫ vere et realiter corpo
ribus immiſſis. ergo et hmōi infirmitates cir
ca membrū tale immittere pt. Si dicatur ꝙ
poteſt diuina ꝑmiſſione tūc ſic in p̄cedentibꝫ
dictū eſt. ꝙ deus amplius ꝑmittit vim gene=
ratiuam maleficiari ꝓpter primā corruptōem
peccati que per actū generantē in nos deue=
nit. ergo etiā amplius permittit ſup membrū
illius potentie generatiue vt ipm totaliter au
ferat. Preterea maior fuit conuerſio vxoris
loth in ſtatuā ſalis. Geñ. xix. ꝙ̄ auferre mem=
brum virile. ſed illa fuit vera ⁊ realis et nō ap
parens ꝯuerſio. qr adhuc viſibiliter vt dicit̄
ſupereſt illa ſtatua Et facta fuit per malū an
gelum vt coacti a bonis q̄ prius cecitate eos
percuſſerant vt hoſtiū domus inuenire non
poſſent ſicut etiā alie punitōes ſodomitaꝝ. qr
et glo. ibidem aſſerit ipam etiā illo vicio infe=
ctam. ergo et iſta facere pñt. Preterea. quicun
ꝙ̄ pt inducere formā naturalē pt et illā aufer
re. Sed demones formas naturales plures
induxerūt vt patȝ de magis pharaonis qui
virtute demonū ranas et ſerpentes fecerunt.
Iteȝ Aug⁹. in li. lxxxiij. q. dicit ꝙ oīa que vi
ſibilit̄ fiūt etiā ꝑ inferiores ptātes aeris. Hec
nō abſurde fieri poſſe credunt̄. ſȝ h̄ pñt facere
hoīes vt aliq̄ arte vel inciſione membrū aufe
ratur. ḡ ⁊ demones iſta facere inuiſibilit̄ qd̄
alij viſibiliter pñt. ſȝ ꝯ̄ Aug⁹. xviij. de ci. dei.
Nō eſt credendū etiā hoīs corpus demonuȝ
arte vel ptāte in beſtiali lineamēta poſſe ꝯuer=
ti. ḡ etiā a ſili nō pt auferre h̄ qd̄ ad veritatem
corꝑis hūani defuit. Itē. iij. de tri. dicit. Nō
eſt putandum iſtis trāſgreſſoribꝫ angelis ad
nutū ſeruire hāc viſibiliū reꝝ materiā ſȝ ſoli
deo. Rñſio. Nulli dubiū quin malefice q̄dā
mira opant̄ circa mēbra virilia vt ex viſis et
auditꝫ plurimoꝝ imo ⁊ ex ipa publica fama
ꝯſtat de h̄ ꝙ ꝑ ſenſum viſus aut tactus veri=
tas illi⁹ mēbri ꝯgnoſcebat̄. qd̄ q̄liter fieri pt
Dicendū ꝙ lȝ dupliciť fieri poſſit. ſ. ꝓ̄e ⁊ rea=
liter vt argumēta prima tetigerūt ⁊ p̄ſtigioſa
opatōe. ea tñ q̄ a maleficꝫ fiūt circa hmōi non
fiūt niſi p̄ſtigioſa illuſione. q̄ tñ illuſio nō hȝ
locū in imaginatōne patiētis. qr imaginatio
ei⁹ pt vere ⁊ realiter eſtimare aliquā rē nō eſſe
preſentem licet ꝑ nullam operationeȝ ſenſus
exterioris ſcilicet viſum aut tactum percipit
eſſe preſentem Unde poteſt dici vera ablatio

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
0 1 2 3 4 Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

membri ex parte imaginationis patientis li-
cet nõ ex parte rei. quod qualiter fit sunt plu-
ra notanda. Primo duo modi quibꝫ iſta fie-
ri põt. Nõ mirũ ꝙ diabolus ſenſus hũanos
exteriores decipe pt qui interiores de quibꝫ
ſupra tactũ eſt illudere pt formas reſeruatas
educendo ad principia ſua ſenſitiua. decipit
aũt eos in ſua naturali opatõe. vt qđ viſibile
eſt fit illi inuiſibile. tangibile intangibile. au-
dibile inaudibile. et ſic de alijs. Hec aũt ve-
ritas ita nihil ponit ex pte rei ꝙ oĩa fiunt ex
immutatõne organoꝝ deſtruentiũ ad viſum
auditum ⁊c̃. vt ſunt oculi ⁊ manus quibꝫ im-
mutatis iam fallit̃ ſenſus iudiciũ. Poſſum⁹
iſta ex naturalibꝫ quibuſdã demonſtrare. nã
ſicut vinũ dulce ꝓpter infectõeꝫ lingue in fe-
bricitãte videt̃ amarũ. vñ guſtus decipit̃ nõ
ex pte rei ſꝫ ex pte humoꝝ. Ita et ibi nulla de-
ceptio ex pte rei quin ibi ſit virga adherens.
ſed deceptio ex parte organi ſenſus. Iterũ ſi-
cut ſupra dictũ eſt de vi generatiua illã impe-
diendo ꝑ impoſitõꝫ alicuius alteriuſ corpis
eiuſdẽ coloris ⁊ apparẽtie. ita ⁊ aliqđ corpus
planum figuratũ colore carneo interponere
põt inter viſum ⁊ tactuꝫ oculoꝝ et manuũ et
inter ipſum verũ corpus patientis ita ꝙ ſuo
iudicio nihil valeat videre ⁊ ſentire niſi cor-
pus planum et nullo membro interruptum.
Videant̃ dicta ſancti Tho. in. ij. di. viij. art.
v. de p̃ſtiogis illuſionibꝫ. et ſimiliter ſa ſe. q.
xci. et in queſtionibꝫ de malo. frequenter alle-
gans illud Aug⁹. in lib. lxxxiij. q. ſerpit hoc
malum demonis per oẽs additus ſenſuales.
dat ſe figuris. accomodat ſe coloribꝫ. adheret
ſonis. odoribꝫ ſe ſubijcit. infundit ſe ſaporibꝫ.
Preterea alludit ratio ꝙ nõ ſolum ꝑ interpo-
ſitionẽ alicuius corporis plani nõ membra-
to talis illuſio p̃ſtigioſa in vidente et tangen-
te fiat imo et ꝑ modũ quo certi ſpũs ſeu ſpeci-
es reſeruati educunt̃. ad ſua principia ſenſi-
tiua interiora ſcꝫ ad imaginationẽ et fantaſi-
am vnde cõtingit aliquid imaginari ac ſi pri-
mo eliciatur ex ſenſu exteriori. Nam vt in p̃-
cedenti queſtione tactũ eſt. Demones virtute
ꝓpria põt localiter corpa mutare. ex tranſmu-
tatione aũt ſpirituũ et humoꝝ etiã ſm natu-
re operationẽ contingunt. aliqua ſm imagi-
nationem vel ſenſum videri naturaliter dico.
qr ⁊ phs in de ſom. et vigil. aſſignans cauſaꝫ
apparitionis ſomnioꝝ dicit. ꝙ cum aĩal dor-
mierit deſcendẽte plurimo ſanguine ad prin-
cipium ſenſitiuũ ſimul deſcendunt motus ſi-
ue impreſſiones relicte ex ſenſibiliũ motioni-
bus que in ſpiritibꝫ ſenſibilibus conſeruant̃
Termini fuerũt ſuperius declarati ita ꝙ tũc
aliqua appareant ac ſi tunc primo a rebꝫ ex-
terioribus ſenſus immutarentur. Et qr hoc
natura facere poteſt a fortiori diabolus for-
mas ſeu ſpecies corpis plani et non membro
virili organiſato educere poteſt ad vim fan-
taſticam et imaginatiuã vt inde ſenſus iudi-
cent ac ſi in reꝝ veritate ita eſſet. Per hũc etiã
modũ vt patebit inferius hoĩes vident̃ ani-
malia cum tñ nõ ſint in reꝝ veritate.

Secundo notandi ſunt alij modi faci-
liores ad intelligendũ et predicandũ.
Nam qr preſtigiũ nihil aliud eſt ſm
Iſido. viij. ethimol'. c. ix. q̃ꝫ ſenſuũ quedã de-
luſio et p̃ſertim oculoꝝ. Unde et dicitur a p̃-
ſtringo qr aciem oculorũ p̃ſtringit ita vt res
videantur aliter eſſe q̃ꝫ ſint. Et vt alexander
de ales dicit parte. ij. Preſtigiũ ꝓprie ſumptũ
eſt illuſio demonis que non habet cauſam ex
parte mutationis rei ſed ſolũmodo ex parte
cognoſcentis qui deluditur ſiue quantuꝫ ad
interiores ſenſus ſiue quantũ ad exteriores.
Unde in genere loquendo etiaꝫ de humana
preſtigioſa arte dicamus. Tribus modis po-
teſt fieri. Una abſqꝫ demonibꝫ. et illa potius
dicit̃ deluſio. qr artificialiter fit agitatõe ho-
minum oſtendentiũ vel occultantiũ aliquas
res. ſicut fit in traiectõnibꝫ ꝑ ioculatores vel
per mimos. Alius modus fit etiã ſine virtu-
te demonũ vtpote naturaliter virtute corpo-
rum naturaliũ vel etiã mineraliũ que qui ha-
bent poſſunt ſm quandã virtutem hmõi re-
bus inditam rem oſtendere vel facere appare-
re nõ ſicut eſt. Unde Tho. prima pte. q. cxiiij
arti. iiij. et ſcđm alios plures. quedam herba
ſuccenſa ſeu accenſa fumigãs facit trabes ap-
parere ſerpentes. Tercius moduſ deluſionis
eſt qui fit ꝑ demones deo tamen permittente
Habent enim demones ex natura vt patuit
quandã poteſtatẽ ſuper quaſdaꝫ res inferio-
res q̃s põt exercere circa illas qñ deus ſinit
vt tunc etiaꝫ res appareant aliter q̃ꝫ ſint. Pro
quo notandũ tercio ꝙ demon p̃t quinqꝫ mo-
dis illudere aliquem ꝙ iudicat rem aliter q̃ꝫ
eſt. Primo artificiali traiectõne vt dictum eſt
quia quicquid homo ſcit per artem melius
ipſe ſcire poteſt. Secũdo modo naturali ap-
plicatione alicuius rei ꝓut dictum eſt per in-
terpoſitionem alicuius corporis vt alterum
occultetur vel etiã ex fantaſijs hoĩm illas ꝑ-
turbando. Tercio modo vt qñ in aſſumpto
corpore oſtendit ſe eſſe aliquam rem que nõ
eſt. ſicut Grego. in primo dialogorũ. narrat
de moniali que comedit lactucam que tamẽ
vt ipſe demon faſſus fuerat lactuca non ſed

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

demon in lactuce ſpē aut in ipſa lactuca erat.
vel etiā cōtigit Anthonio in maſſa auri quā
in deſerto reperit. vel etiā qñ hoīem verū te=
git et facit vt brutū aīal videatur ꝓut iam di
cetur. Quarto modo vt qñ turbat organum
viſus vt videat̄ res nubiloſa que eſt clara vl'
ecōuerſo vt vetula appareat iuuencula. Nam
et poſt fletū apparet aliter lumē ꝗ̄ ante. Quin
to modo vt in imaginatiuā potentiā operan
do ꝛ tranſmutatōꝫ ſpecieꝝ ſenſibiliū ꝑ cōmo=
tionem humoꝝ vt ſupra tactuꝫ eſt faciendo
vt tunc quaſi recentes et noue apparitōnes in
ipſis potentijs ſenſitiuis cauſent̄. Et ſic trib⁹
vltimis modis demon illudere pt̄ p̄ſtigioſa
arte ſenſus hoīs. et etiā ſcd̄o modo. Vñ nul=
la difficultas quin membrū virile occultare
p̄ſtigioſa arte velit. Euidens indiciū ſiue ex=
perimentum qd̄ nobis in officio inquiſitōis
exiſtentib⁹ reuelatū fuit infra ponetur vbi de
his et alijs factis plura recitant̄ in ſcd̄a par=
te tractatus.

## Quomodo maleficium a defectu naturali pt̄ diſcerni.

Accidentalis queſtio cum certiſ alijs
difficultatib⁹. Ut ſi querit̄. Petro ab=
latum eſt membrū ignorat aūt an per
maleficiū ſeu al's diuina ꝑmiſſione ꝑ demo=
nis potentiā ſit ablatū ſunt ne modi cogno=
ſcendi et diſcernendi inter iſta? Rñderi pt̄ ꝙ
ſic. Primo ꝙ tales quib⁹ accidunt vt pluri=
mum ſunt adulteri ſeu al's fornicarij. Vñ dū
amaſijs nō ad nutum ſeruiunt ſeu eas relin=
quere volunt alijs adherendo tūc in vindi=
ctam talia ꝓcurāt. aut al's potentiā illius mē
bri amputant. Scd̄o cognoſcit̄ ꝑ hoc ꝙ nō
eſt durabile. Nam ſi nō ſit ex maleficio tunc
nō eſt durabile ſed qñq3 redibit. Sed hic ite
rum ſuboritur dubitatio an hoc ſit ex natu=
ra maleficij ꝙ nō ſit durabile. Rñdetur ꝙ pt̄
eſſe perpetuū et durare vſq3 ad mortem. ſicut
etiā de impedimento maleficiali in matrimo=
nio. Iudicant canoniſte ꝛ theologi. ꝙ reperit̄
tēpale ꝛ ꝑpetuū. Nā dicit Hoſti. ꝛc. in ſumma.
Maleficiū nō pt̄ ſolui ſemꝑ ꝑ illuꝫ qui fecit.
vel q2 eſt mortuus vel q2 neſcit delere ipſum
vel q2 maleficiū eſt ꝑditum. Unde a ſimili di
cere poſſumus ꝙ maleficiū petro illatuꝫ erit
ꝑpetuū. vel q2 illa malefica que fecit nō pt̄ eū
ſanare. Sunt enī malefice in triplici genere.
Nam quedā ſanant ꝛ ledūt. Quedaꝫ ledūt ſꝫ
ſanari nequeūt. Quedā tm̄modo ſanare vidē
tur. i. leſiones āmouere vt inferius patebit.
Sic enī nobis ꝯtigit. Nā due malefice mu=
tuo rixantes dum vna alteri improperaret:
vna dixit. Non ſum tam peſſima ſicut tu q2
quos ledo ſanare ſcio. Vel etiaꝫ durabit vbi
ante eius ſanationē malefica diſcederet vel lo
cum mutando vel ab hac vita diſcedendo.
Nam et ſcūs Tho. dicit. Maleficiū quodli
bet ita pt̄ eſſe ꝑpetuum ꝙ nō pt̄ habere huma
num remediū. q2 ꝛ ſi habet remediū: nō eſt tm̄
hoc homini notū vel licituꝫ. licet deus poſſit
preſtare remediū ꝑ ſanctū angelū demonē li=
cet nō maleficā cogendo. Uerumtamē ſum=
mum remediū ꝯtra maleficiū eſt penitētie ſa
cramentum. extra de frigid̄. Nam et infirmi=
tas corꝑalis ſepe ꝓuenit ex peccato. extra de
peni. cum infirmitas. qualiter etiā maleficia
ſint auferenda patebit in tercia pte tractatus
et in ſcd̄a pte. capitulo. vi. tres alie differentie
tanguntur.

## Solutōes argumentoꝝ.

Patet ad primū. ꝙ nulli dubiuꝫ quin
ſicut deo ꝑmittente occidere pñt ho=
mines. ita et membrū illud ſeu alia au
ferre pñt vere et realiter. Sed tunc demones
nō operant̄ ꝑ maleficas. de quib⁹ iam men=
tio habet̄. Et ꝑ hec etiā ad ſecundū ptꝫ ſolu=
tio. Sed ad illud ꝙ q2 deus amplius ꝑmit=
tit vim generatiuaꝫ maleficiari ꝓpter ꝛc. ergo
etiā ꝑmittitur vt illud membrū vere et reali=
ter auferatur. nō valet vt ſemꝑ hoc fiat. q2 nō
eſſet per modū maleficij hoc fieri. nec etiā ma
lefice hoc affectant dum talia operant̄ ꝙ non
habeant poteſtatē reſtituendi membrū quan
do volunt ꝛ ſciunt. Ex quo patet ꝙ nō vere:
ſed p̄ſtigioſa arte aufertur. Ad terciū de con=
uerſione vxoris loth dicimus vera fuit et nō
p̄ſtigioſa arte. nunc aūt loquimur de arte p̄ſti
gioſa. Ad quartū ꝙ demones poſſunt indu=
cere aliquas formas ſubſtantiales. ergo etiaꝫ
auferre. Dicitur quantū ad magos pharao=
nis ꝙ fecerunt veros ſerpentes: et pñt demo=
nes circa aliquas imꝑfectas creaturas admi
niculo alicuius alterius agentis aliquos ef=
fectus ꝓducere que non poſſunt circa hoīes
de quibus deo magis eſt cura. Iuxta illud.
Nunquid deo cura eſt de bobus. Poſſunt tm̄
ſemꝑ vt dictū eſt deo ꝑmittente hoīb⁹ etiā no
cere vere et realiter. aut etiā p̄ſtigioſa arte. et ꝑ
hec etiā ptꝫ ſolutio ad vltimū argumentū.

## Queſtio. x. An malefice operant̄ circa ho mines in beſtiales formas preſtigioſa arte il= los tranſmutando?

Quarto ipſa veritas declarat̄. vbi
etiā hoīes tranſformant in beſtias.
quod qualiter fiat arguit̄ ꝙ nō ſit
poſſibile hoc fieri. xxvi. q. v. Epi.
ex concilio acquirenſi. Quiſquis credit poſſe

fieri aliquam creaturam. aut melius aut deterius immutari aut tranſformari in aliam ſpēʒ: vel aliā i ſilitudinē niſi ab ipſo creatore qui oīa fecit et per quē oīa facta ſunt: pculdubio infidelis eſt ꝛ pagano deterioꝛ. et vtamur argumentis ſancti Tho. in. ij. ſent. diſt. viij.

An demones poſſint imp̄mere in ſenſus coꝛporales p̄ſtigijs deludendo? Ubi primo arguit ꝙ nō. Nam illa forma beſtie que videt̃ opoꝛtet ꝙ ſit alicubi. ſed nō p̄t eſſe tm̄. in ſenſu. qꝛ ſenſus nō habet aliquā ſpeciē niſi a rebꝫ acceptā. et ibi nō eſt vera beſtia ꝑ auctoritateʒ canō. allegatā. nec iterū p̄t eſſe in re que videt̃: ſicut ꝙ mulier videatur beſtia. qꝛ due forme ſubſtantiales nō p̄nt eſſe in eodem ſimul ꝛ ſemel. ergo cū illa forma beſtie que videt̃ nullibi poſſit eſſe ideo nulla preſtigioſa illuſio in oculo videntis fieri p̄t. cū viſio ꝑ aliquā formam neceſſario habeat terminari. Preterea ſi dicatur ꝙ forma illa ſit in aere circumſtante. hoc nō p̄t eſſe. tum quia aer nō eſt ſuſceptiuus alicuius forme ſeu figure. tum etiā quia nō ſemꝑ vnus ꝛ idem aer circa illā ꝑſonā ꝓpter fluxibilitatē manere p̄t p̄cipue qn̄ mouetur. tum etiā qꝛ ſic videretur ab omnibꝫ talis tranſformatio qd̄ tn̄ nō fit qꝛ demones nō videntur ad minus ſanctoꝝ viroꝝ viſiones decipere. Preterea ſenſus viſiuus ſeu potentia viſiua eſt potentia paſſiua. ſed omne paſſiuū mouet̃ ab actiuo ſibi ꝓportionato. actiuū aūt ꝓportionatū ſenſui eſt duplex. Unū q̄ſi originās actū ſcʒ obiectū. Aliud aūt q̄ſi deferēs ſicut mediū. ſed forma illa que videtur nō p̄t eſſe obiectū ſenſus: neqꝫ etiā mediū quaſi deferens. De primo ſcʒ ꝙ nō p̄t eſſe obiectuʒ. qꝛ a nulla re ſumi p̄t vt in p̄cedenti argumento tactū eſt cum non ſit in ſenſu a re accepta. nec in ipſa re nec etiā in ipſo aere quaſi in medio deferente vt prius tactū eſt in tercio argumēto. Preterea ſi demon mouet vim cognitiuaʒ interioꝛē aut hoc facit ſe obijciendo virtuti cognitiue. aut hoc facit immutando ipāʒ. nō autē hoc facit ſe ei obijciendo. qꝛ opoꝛteret ꝙ vel aſſumeret coꝛpus: et ſic nō poſſet interius ingredi ad oꝛganū imaginatōis. cū duo coꝛpoꝛa nō ſint ſimul in eodē loco: neqꝫ in aſſumēdo fantaſma. qd̄ eē eſſe nō p̄t. qꝛ fantaſma nō eſt ſine quantitate. Demon aūt omni quātitate caret: ſilr̄ etiā non p̄t hoc facere immutādo. quia aut immutaret alterando qd̄ videtur nō poſſe facere: qꝛ omnis alteratio fit per qualitates actiuas quibus demones carent. Aut immutaret tranſmutando ſiue localiter mouendo qd̄ videtur eſſe incōueniēs duabꝫ rōnibus. Primo quidē qꝛ tranſmutatio oꝛgani nō poſſet fieri ſine ſenſu doloris. Scd̄o quia ſm̄ hoc demon non oſtenderet homini niſi nota. cum tn̄ Aug⁹ dicit. ꝙ oſtendit hoī formas et notas ꝛ ignotas. ergo videt̃ ꝙ demones nullo modo p̄nt imaginatōʒ vel ſenſum hoīs decipe. Sed cōtra Aug⁹. xviij. de ci. dei. dicit ꝙ tranſmutatōes hoīm in aīalia bruta que dicunt̃ arte demonū facte nō fuerunt ſm̄ veritatē ſʒ ſolū ſm̄ apparentiā. Hoc aūt fieri nō poſſet ſi demones hūanos ſenſus trāſmutare nō poſſent. Preterea alludit et auctoritas Aug⁹. in li. lxxxiij. q. que etiaʒ prius allegata fuit. ſerpit hoc malū demonis ꝑ oēs additus ſenſuales ꝛc̄. Rn̄ſio ſi lectoꝛ voluerit ſuꝑ modū tranſmutādi inſpicere inueniet in ſcd̄a p̄te op̄is. ca. vi. varios modos. Ad p̄ns tm̄modo ſcholaſtice ꝓcedendo. dicam⁹ triū doctoꝝ ſn̄ias ꝯcoꝛdantes in eo ꝙ diabolus p̄t fantaſiam hoīs decipere. vt hō verus aīal videatur. inter quas etiā vltima ſubtilioꝛ ceteris. q̄ et ſcti Tho. eſt. Et prima eſt dn̄i Anthonini in prima p̄te ſumme. ti. v. c. v. §. v. declarantis ꝙ diabolus fantaſiaʒ hoīs ad decipiendū qn̄qꝫ opatur: et p̄cipue circa illuſionem ſenſuū. et declarat naturali rōne. canonis auctoritate ꝛ experimentoꝝ multiplicitate. Primū ſic. Coꝛpa naturaliter ſubdunt̃ et obediūt nature angelice quantū ad motuʒ localē. Angeli aūt mali etiā ſi amiſerint gratiam nō tn̄ virtutem naturalē. vt ſepius ſupra tactum eſt. Cum aūt potentia fantaſtica ſiue imaginatiua ſit coꝛpoꝛalis id eſt affixa oꝛgano coꝛpoꝛeo naturaliter ſubditur etiā malis: vt poſſint eam trāſmutare cauſando varias fantaſias ex deſcenſione humoꝝ et ſpirituuʒ ad principiū ſenſitiuū ꝓcurata ab eis. hec ille. et ſubdit. Patet et ex hoc canone. xxvi. q. v epiſcopi. Illud nō eſt obmittendū ꝙ quedaʒ ſcelerate mulieres poſt ſathan retro conuerſe demonum illuſionibꝫ ꝛ fantaſmatibꝫ ſeducte credunt ſe et ꝓfitent̃ cū dyana hoꝛis nocturnis dea paganoꝛum. vel cum herodiade ꝛ cū innumera multitudine mulieꝝ equitare ſuꝑ quaſdam beſtias. et multa terraruʒ ſpacia in tempeſte noctis ſilentio pertranſire. et infra. Qua propter ſacerdotes predicare debēt populo dei vt nouerint omnino hec falſa eſſe. et non a diuino ſed a maligno ſpiritu talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari. ſiquidē ipſe ſathanas tranſformat ſe in diuerſarum ꝑſonarum ſpecies atqꝫ ſimilitudines ꝛ mentē quam captiuā tenet in ſomnis deludendo ꝑ deuia queqꝫ deducit. Et quidem intellectus huius canonis in prima q̄ſtione tactus eſt q̄ ad q̄tuoꝛ q̄ p̄dicanda ſunt. Sed ꝙ nō valeāt

[illegible]

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

etiam vbi vbi hoc affectant et non impediuntur diuina virtute. ſic nō eſſet verus intellectus. q꞉ ſepiſſime hoīes inuiti et nō maleficiati ꝑ multa terraꝝ ſpacia corꝑaliter trāſferant̄. Sed q꞉ vtroqꝫ modo pt̄ fieri ſequit̄ in p̄ſata ſumma. etiā. ca. nec mirū. ca. q. Aug⁹ narrat ꝙ in libris gentiliū legit̄ de quadā maga dicta circes que ſocios vlixis mutauerat in beſtias qḋ magicis p̄ſtigijs potius fingebat̄ ꝙ̄ in reꝝ veritate ꝯpleretur alterando fantaſias hoīm. Patet hoc etiā ꝑ plura exempla. Legit̄ enī in vitaſpatrū ꝙ quedā iuuencula q꞉ aſſentire noluit cuidā iuueni de turpitudine eā ſollicitanti ipſe iuuenis turbatus et hoc a quodā iudeo ꝓcurauit maleficiū fieri ꝯtra illam. quo pacto: mulier cōuerſa eſt in equam. que ꝯuerſio nō fuit ſ̄m rei veritatē ſꝫ ſ̄m ludificationē demonis immutantis fantaſiā et ſenſum ipſius mulieris ⁊ aſpicientiū eā vt videretur equa q̄ erat vera mulier: vn̄ ducta ad beatum Machariū nō potuit diabolus ita oꝑari ꝙ illuderet ſenſus eius ſicut alioꝝ ꝓpter ſuā ſanctitatē. nam ſibi videbat̄ mulier vera nō equa. cuius tandē orōne liberata eſt ab illa illuſione. dicēs hoc ſibi accidiſſe q꞉ nō vacabat diuinis nec frequētabat ſacramenta vt dicebat: ideo diabolus ptātē habuerat ſuper eā. et ſi alias eſſet honeſta. Poteſt igit̄ diabolus ꝑ ꝯmotōē interioꝝ ſpirituū ⁊ humoꝝ oꝑari ad immutandū actū ⁊ potentiā nutritiue. ſenſitiue ⁊ appetitiue et cuiuſcūqꝫ potentie corꝑalis organo vtentis. ſ̄m btm̄ Tho. i. pte q. cxi. Sicut credi pt̄ fuiſſe geſtū ſuꝑ ſimonem magū in incantatōibꝫ ſuis q̄ de eo narrantur. Sꝫ nihil hoꝝ pt̄ diabolus facere niſi deo ꝑmittente qui cum angelis ſuis bonis frequenter reprimit maliciā eius decipe nos et nocere querentis. Vn̄ dicit Aug⁹. loquēs de maleficis. Hi ſunt qui ꝑmiſſu dei elementa ꝯcutiūt: hoīm mentes ꝑturbant minus cōfidentiū in deo. xxvi. q. v. nec mirū. Hoꝝ etiam oꝑatōē ꝑ maleficā artē fit q̄nqꝫ vt vir non poſſit videre vxorē ⁊ ecōuerſo. et hoc ꝑ immutationē fantaſie rep̄ſentando ei talē vt rē odibilem ⁊ horribilē. Ipſe etiā diabolus vigilātibus ⁊ dormientibꝫ ſuggerit rep̄ſentatōēs turpium fantaſie ad decipiendū ⁊ inducendum ad malū. Verū q꞉ pccm̄ nō ꝯſiſtit in imaginatōne ſꝫ in volūtate. ideo ex hmōi fantaſijs ꝑ diabolū ſuggeſtis ⁊ alteratōnibꝫ varijs hō nō peccat niſi voluntate ꝓpria pcc̄o aſſentiat. Scd̄a ſentētia ad idem modernoꝝ doctoꝝ declarantes primo quid ſit p̄ſtigiū et quot modis demon pt̄ hmōi illuſiones cauſare. Hic nota ꝙ Anthonius allegat ea que in p̄cedenti. q. ix. tacta ſunt. vn̄ nō eſt opus illa renouare. Tercia ſententia eſt ſancti Tho. et eſt reſponſiua ſuꝑ argumentū quo queritur vbi ſit illa forma beſtie q̄ videt̄. Aut in ſenſu aut in re. aut in aere circūſtante. et eſt talis. ꝙ illa forma beſtie que videt̄ nō eſt niſi in ſenſu primo interiori ⁊ ꝑ fortē imaginatōē reſultat in ſenſum exteriorē quodāmodo. et ꝙ ibi ſit pt̄ ꝑ demonis oꝑationē contingere dupliciter. Uno mō vt ſpēs aīalium dicamus que ſunt in theſauro imaginatōis reſeruate fluāt operatione demonū ad organa ſenſuū interiorū: ſic etiā in ſomno ꝯtingit ꝓut ſupra declaratum eſt. Et ideo q̄n ille ſpēs ꝯtingūt organa ſenſus exterioris puta viſus vident̄ ac ſi eſſent res p̄ntes extra: et actu ſentirent̄. Alius modus pt̄ eſſe ex immutatōē organoꝝ interiorum quibꝫ mutatis fallit̄ ſenſus iudicium ſicut patꝫ in eo qui habet guſtū corruptū cui oīa dulcia vident̄ amara. ⁊ parū differt a primo. Hoc aūt facere p̄nt etiā hoīes virtute q̄rundam reꝝ naturaliū ſicut ad vaporatōēm cuiuſdā fumi trabes domus vident̄ ſerpentes. et multa experimenta huius inueniunt̄. vt etiā ſupra tactū eſt.

## Solutiones argumentoꝝ.

Ad argumenta pꝫ ad primū ꝙ textus ille ſepe allegatur et male intelligitur. Nam quo ad h̄ ꝙ loquit̄ de tranſformatione in aliā ſpeciē vel ſilitudinē declaratum eſt q̄liter hoc fieri pt̄ p̄ſtigioſa arte. Sed quo ad hoc ꝙ dicit ꝙ nō poſſit fieri aliq̄ creatura virtute demonis. ſi capit̄ fieri ꝑ creari: manifeſtū eſt ꝙ nō. ſi vero capit̄ fieri ꝑ naturali ꝓductōē ſic certū eſt ꝙ p̄nt facere aliquas creaturas impꝑfectas. qḋ qualiter fit declarat ſcūs Tho. vbi. ſ. Nam dicit ꝙ oēs tranſmutatōēs corꝑaliū reꝝ q̄ p̄nt fieri ꝑ aliquas virtutes naturales ad q̄s ꝑtinent ſemina que in elementis huius mūdi inueniunt̄ puta in terra vel aquis ſicut relinquūt ſua ſemina ſerpētes et rane et his ſilia p̄nt fieri ꝑ oꝑatōnes demonum hmōi ſeminibꝫ adhibitis. ſicut cum aliqua res tranſmutatur in ſerpentes vel ranas que per putrefactionē generari poſſunt. Ille vero tranſmutatōēs corꝑaliū reꝝ que nō p̄nt virtute nature fieri nullo modo oꝑatione demonū ſ̄m rei veritatē ꝑfici p̄nt. ſicut ꝙ corpus humanū mutet̄ in corpus beſtie. aut ꝙ corpus mortui reuiuiſcat. qḋ ſi fieri videatur apparentia eſt p̄ſtigioſa. aut diabolus in aſſumpto corꝑe ſe agitat corā hoībꝫ. fortificant̄ iſta. Nā albert⁹ i li. de aīalibꝫ vbi q̄rit An demōes ſeu ec̄ dicam⁹ malefici poſſunt facere ꝟa aīalia. Rn̄dit ꝙ ſic deo ꝑmittēte. et h̄

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

quo ad imꝑfecta animalia. ſed nõ poſſunt in
inſtanti ſicut deus facere: ſed motu quodã li
cet ſubito ſicut pꝫ de maleficis. Exo. vij. ſu
per iſto. Vocauit pharao ſapiẽtes dicit. De=
mones diſcurrũt ꝑ mundũ ⁊ colligũt diuer=
ſa ſemĩa ⁊ eoꝝ adaptatõe pñt ꝓrũpe diuer=
ſe ſpẽs. Et glo. ibidẽ ſic dicit. Dũ ꝑ incanta=
tionẽ demonũ malefici aliq̃d efficere conant
diſcurrũt ꝑ mundũ ⁊ ſemina ſubito eoꝝ de q̃
bus hoc agitãt afferũt. et ſic ex illis ꝑmittẽte
deo nouas ſpecies reꝝ ꝓducũt. Hec etiã ſu=
perius tacta ſunt. At vbi ſi difficultas ſubo=
riret. An talia facta demonũ eſſent opa mira
culoſa dicenda. Rñſio patuit ex p̃cedentibꝫ.
ꝙ etiã demones aliq̃ v̾a miracula facere pñt
ad q̃ virtus nature ꝑticularis ſe extendere pt
Et licꝫ talia ſint vera/nõ tñ ad veri cognitõꝫ
ab eo fiũt. ſ̾m quẽ ſenſum opa antixpi pñt di
ci ſigna mendacia: q2 ad ſeductõꝫ hoim fiũt.
Patet et ſolutio ad aliud argumentũ de ſub=
iecto forme dicam⁹. Beſtie forma q̃ videt nõ
eſt in aere nec in ipa re: vt patuit. ſꝫ in ipo ſen
ſu. ꝑut ex ſñia ſci Tho. vt ſupius declaratuꝫ
eſt. Ad illud ꝙ omẽ paſſiuũ moueť ab acti=
uo ſibi ꝓportionato ꝓcediť. Et qñ ſubinferť:
ꝙ forma illa q̃ videtur nõ p̃t eſſe obiectũ ori=
ginans actũ ſeu eliciẽs eo ꝙ a nulla re ſumať
Diciť ꝙ imo a re q2 a ſpecie ſenſibili in ima=
ginatõe reſeruata quã educere p̃t et imagina=
tioni ſeu etiã ſenſitiue potẽtie offerre p̃t vt ſu=
pra dictũ eſt. Ad vltimũ dicendũ. ꝙ demon
nõ immutat potentiã ſenſitiuã et imaginati=
uam ſe ei obijciendo vt oſtenſum eſt: ſed eam
trãſmutando. nõ quidẽ alterando niſi q̃tuꝫ
ad motũ localẽ. q2 nõ p̃t de ſe imprimere no=
uas ſpẽs vt dictũ eſt. immutat aũt tranſmu=
tando. i. localiter mouendo. et hoc iterũ facit
nõ ſubam organi diuidendo vt ſic cõſequať
ſenſus doloris. ſꝫ mouẽdo ſpũs ⁊ humores.
Qꝫ autẽ vlterius obijcitur. ꝙ ſequereť ꝙ ſ̾m
hoc demon nõ poſſit aliq̃d noui homini de=
monſtrare ſ̾m imaginatiuã viſionẽ. Dicen=
dum eſt ꝙ nouũ aliq̃d p̃t intelligi dupliciter
Vno modo totaliter nouũ et ſ̾m ſe et ſ̾m ſua
principia. et ſ̾m hoc demon nõ p̃t aliq̃d no=
uum hoi ſ̾m viſionẽ imaginariã demonſtra
re. non eñi p̃t facere ꝙ cecus natus imagineť
colores vel ꝙ ſurdus natus imagineť ſonos
Alio modo dicitur aliquid nouũ ſ̾m ſpecieꝫ
totius. puta ſi dicam⁹ eſſe nouũ in imagina=
tione ꝙ aliquis imaginetur montes aureos
quos nunq̃ꝫ vidit q2 tñ vidit ⁊ aurũ ⁊ montẽ
p̃t naturali motu imaginari fantaſmata au=
rei montis. et hoc modo p̃t demon aliq̃d no=
ui imaginationi offerre.

Quid de lupis interdũ homines et pu=
eros ex cunabulis rapientes ⁊ comeden
tes ſentiendũ ſit: an etiã preſtigioſa arte
per maleficas.

Ccidentalis queſtio de lupis inter=
dum hoies ⁊ pueros e domibꝫ rapiẽ=
tes ⁊ cõmedentes ⁊ cũ magna aſtucia
diſcurrẽtes ita vt neq̃ꝫ aliq̃ arte aut potentia
ledi aut capi valeãt. Dicendũ eſt ꝙ hoc inter=
dum hꝫ naturalẽ cauſam. interdũ vero p̃ſti=
gioſam artẽ dũ ꝑ maleficas ꝯtingũt. De pri=
mo Albertus in de aĩalibꝫ dicit ꝙ ex quinq̃ꝫ
cauſis ꝓuenire p̃t. Aliqñ ꝓpter famis augmẽ
tum. ſicut ⁊ cerui aliqñ et alie beſtie hoibꝫ ap=
propinquãt. Aliqñ ꝓpter ferocitatẽ virium et
hoc in regionibꝫ frigidis. et etiã qñ hñt catu=
los. Sed quia de his nihil ad ꝓpoſitũ: dici=
mus. ꝙ demonũ illuſione fiunt. qñ deus ꝓ=
pter peccata punit aliquẽ ꝓplm. Iuxta illud
Leuit. xvi. Si nõ feceritis mãdata mea mit=
tam in vos beſtias agri que ꝯſumant vos et
pecora vr̃a. et Deutro. xxxij. Dentes beſtiaꝝ
immittã in eos cũ furore ⁊c̃. Per quẽ aũt mo
dum. An ſint veri lupi vel demones in for=
mis ſic apparentibꝫ: dicitur ꝙ ſunt veri lupi
ſed obſidentur a demonibꝫ vel agitanť dupli
ci modo. Vno modo abſq̃ꝫ maleficoꝝ opati
one ſicut quadragintaduobꝫ pueris ꝯtigit a
duobꝫ vrſis de ſilua exeuntibꝫ q̃s iugulaue
runt ꝓpter irriſionẽ factã heliſeo ꝓphete dicen
do: aſcende calue ⁊c̃. Et de leone qui ꝓphetaꝫ
dei iuſſum nõ implentẽ occidit. iij. Reg. xiij.
Et hiſtoria de epo vienenſi: qui letanias mi=
nores inſtituerat ante aſcenſionẽ dñi eo ꝙ lu
pi ciuitates intrantes hoies vorauerũt pu=
blice. Alio mõ etiã maleficoꝝ illuſione. Si=
cut Guil. vbi ſup̃ narrat de quodaꝫ viro qui
ſe cõuerti putabat in lupũ certis tpibꝫ quibꝫ
in antris latitabat. Illuc eñi certo tpe iuit et
res. In corpus vero poſtmodũ ait. Ecce in
manu tua eſt veruntamen animã eius ſerua
id eſt vitam eius ne auferas. Poteſt etiam di
ci ꝙ tercio modo ſcilicet in potentijs anime
interioribus ſimul et corpore vexatus fuit:
cum dicebat vt Job. vij. habetur. Ad domi
num ſi dixero. cõſolabitur me lectulus me-
us ⁊ releuabor loquens mecũ in ſtratu meo.
terrebis me per ſomnia et per viſiones horro
re cõcuties demone ſcilicet ꝓcurante ſm̃ Ni
colaum de lira. et ſm̃ Tho. Terrebis me per
ſomnia que ſcʒ dormienti apparent. et per vi-
ſiones que ſcilicet apparent vigilanti ab vſu
exteriorum ſenſuum alienato. ſolent enĩ fan-
taſmata informata diurnis cogitationibus
eſſe in terrorem dormientiũ. Et hec operabã
tur in eo ex infirmitate corporis. Unde ſic
cõſolatione vndiqʒ ſecluſa nil remedij vide-
batur Job euadendi tot anguſtias niſi per
mortem horrore inquit cõcuties. Quib9 mo
dis et malefice homines ledere per demoneſ
nemo dubitat ꝑut et in ſequentibus patebit
qualiter per grandines in rebus fortune ⁊ in
corpora animaliũ et hoĩm leſiones inferunt
Et terci9 etiã modus ledẽdi eſt in corpe et in
interioribus potẽtijs abſqʒ priuatione vſus
rationis. Patet ex earum operationib9 vbi
vt ſupra tactum eſt adeo mentes hominum
ad illicitas affectiones incendunt ꝙ neceſſa-
rio etiam nocturno tempore ad amaſias per
longa terrarum ſpacia currere habent. ſiſco
carnalis amoris nimiſ illaqueati. Poteſt ad-
duci et illud qđ in haſſia oppido margburck
cõtigiſſe dicitur de quodam obſeſſo etiam ſa
cerdote. dum in exorciſmis demon interro-
garetur: quanto tempore ſacerdotem inhabi
taſſet. Reſpondiſſe fertur. ſeptẽ annis. Et cũ
exorciſta obijceret. Cum vix per tres menſes
eum vexaſti: reliquo tempore vbi eras: Re-
ſpondit. In corpore ſuo me occultabã. Et ille
In qua parte corporis vbi inquirebat. reſpõ
dit. vt plurimũ in capite. Et denuo vbi nam
fuiſſet quãdo diuina celebraſſet et ſacramen
tum ſumpſiſſet requiſit9: dixit. Sub lingua
eius me occultaui. Et ille. Miſer: qua teme-
ritate ad preſentiã creatoris tui nõ aufugiſti.
Tunc demõ. Nunquid ſub ponte ſe nequã
occultare poteſt donec deſuper vir ſanctus
pertranſibit. dummodo greſſus nõ fixerit: di
uina tamẽ cooperante gratia liberatus fuit.

ſiue verum ſiue ficticium ꝓtulerit: cum men
dax ſit et pater eius. Quartus modus appli-
catur ad prefatum poſſeſſum rome liberatũ
ſub hac declaratione. ꝙ demon poſſit illabi
corpori licet non anime cum hoc ſoli deo ſit
poſſibile. Illabi etiam corpori nõ tamẽ infra
terminos eſſentie corporis. hoc inquã decla
rando habetur modus quo demones ſubſtã
tialiter interdum homines inhabitant: et ad
tempus tantummõ vſu rationis priuãt. Et
quidem hoc ſic declaratur. Nam dicere poſ-
ſumus ꝙ corpus habet terminos duplicis
rationis. ſcʒ quãtitatis et eſſentie. Unde qñ
angelus quicunqʒ bonus vel malus operaẗ
infra terminos corporis: operatur infra ter-
minos corporalis quãtitatis. Et ſic etiã illa-
bitur corpori operando circa potẽtias quãti
tatiuas. ſic etiam boni angeli etiam imagina
rias in bonis viſiones operanẗ. Nunqʒ au-
tem dicũtur illabi eſſentie corporis. quia nõ
poſſunt illabi vt pars neqʒ ſicut virtus. Nõ
ſicut pars quia alia et alia eſt eſſentia vtrobi-
qʒ. Non ſicut virt9 quaſi dans eſſe: quia ſuũ
eſſe habet per creationẽ a deo. Unde et ipſe ſo
lus habet intrinſecã eſſentie operationẽ ⁊ cõ
ſeruationẽ qʒdiu placitum fuerit ſue pietati
cõſeruando. Unde cõcluditur ꝙ alie omnes
perfectiones ſeu defectus loquẽdo de bonis
quo ad perfectõnes. de malis quo ad defect9
quãdo operantur ſi operanẗ circa corpus et
partes eius vt circa caput illabuntur tali cor
pori ſuper terminos videlicet quantitatis et
quãtitatiuas potẽtias. Si vero circa animã
tunc iterũ vtereqʒ extrinſece operatur: ſed mo
dis diuerſis. Et dicuntur operari circa ani-
mam fantaſmata illa ſeu ſpecies intellectui
repreſentando. et nõ ſolum ad iudicium ſen-
ſus cõmunis et ſenſuum exteriorũ. Ex quib9
operationibus ſequuntur tentationes a ma
lis angelis et affectiones et cogitationes ma
le per indirectũ operando verſus intellectũ
A bonis autem angelis ſequuntur illuſtra-
tiones fantaſmatũ ad cognoſcendũ reuelan-
da ab eis. vnde et talis diuerſitas eſt ꝙ boni
angeli etiaʒ directe poſſunt imprimere in in-
tellectum fantaſmata illuſtrando. Mali au
tem neqʒ illuſtrare dicuntur fantaſmata ſed
potius obfuſcare. Item nec directe imprime
re poſſunt ſʒ tantummodo indirecte inquã-
tum intelligentem neceſſe eſt fantaſmata ſpe-
culari. Per hec tamẽ etiam angelus bonus
non dicitur illabi anime: licet eam illumi-
net. Sicut nec dicitur ſuperior angelus il-
labi in inferiorẽ. licet eum illuminet ſed tan-
tummõ extrinſece opatur et coopaẗ mõ quo

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

dictū eſt: vnde multominus malus illabi poteſt. Et per hunc modū demon ſacerdoti corpus in tribus occupauit. Primo ꝙ ſicut illabi ſuo corpi potuit infra videlicet terminos corporalis quantitatis. ita caput ſuum occupauit ſubſtantialiter illud inhabitando. Secundo ꝙ ſicut circa animā eiꝰ extrinſece operari potuit obfuſcando intellectum vt rationis vſum perderet. Ita etiam potuit vt ſine intermiſſione vel etiam interpellanti eū quo ad amiſſionem rationis vexaret. Licet etiam dici poteſt ꝙ ex dono dei hoc habuerit ſacerdos vt nō ſine intermiſſione a demone vexaretur. Tercio ꝙ licet omnibus membris ⁊ organis ad loquendū et voces ad formandum priuaretur. ſemper tamen ad verba licet non ad ſententiā verborum aduertentiam habuit. qui modus obſidēdi plurimū ab alijs obſidendi modis differt. cum ꝯmuniter obſeſſi leguntur ſine intermiſſione a demonibus affligi. vt patet in euāgelio tam de lunatico cuius pater dixerat ad ieſum. Domine miſerere filio meo quia lunaticus eſt et male patit. Matth. xvij. ꝗ̃ etiam de muliere illa quā ſathanas alligauerat. xviij. annis et erat inclinata nec omnino poterat ſurſuꝫ aſpicere Luce. xiij. Quibus etiam modis indubie demones diuina permiſſione ad inſtantiam maleficarum vexare poſſunt.

¶ De modo quo omne genus infirmitatis inferre poſſūt. Et hoc in generali de grauioribus.

Capitulum. xi.

Sed et hoc ꝙ nō ſit aliqua infirmitas corporalis que a maleficis deo permittente inferri nō poſſit. Etiā ſi ad lepram vel epilenſiam ſe extēdere habeat. Probari poteſt per hoc ꝙ ꝑ doctores nullum genus infirmitatis excipitur. Nam ſi diligēter ea que ſuperius tacta ſunt tam de virtute demonū ꝗ̃ ad maliciam maleficarum cōſiderant nullā patitur hoc difficultatem. Nam et nider tam in ſuo p̄ceptorio ꝗ̃ etiam formicario vbi querit. An malefici poſſint veraciter ſuis maleficijs homines ledere. Et eſt queſtio abſq̧ exceptione alicuius infirmitatis etiam ꝗ̃tumcunq̧ incurabilis. Et vbi reſpondit ꝙ ſic. querit cōſequenter quibus modis et quibus rebus. Et quo ad primū reſpōdit vt ſupra ex prima queſtione prime partis tractatus patuit. Probatur etiā per Iſidorū deſcribentis maleficarū operationes. viij. ethi. c. ix. Malefici dicunt̄ ob facinorū magnitudinē. hi enī elementa cōcuciunt ſcꝫ opere demonū ad tempeſtates cōcitandas. mentes hominū turbant modis videlicet ſupra tactis vſum rationis vel omnino impedicēdo. aut grauiter obfuſcando ſubdit. et abſq̧ vllo veneni hauſtu violentia tm̄ carminis animas interimunt vitam videlicet auferendo. Probatur etiam per ſanctum Tho. in. ij. ſenten. circa di. vij. et. viij. Et in iiij. di. xxxiiij. Et cōmuniter per omnes theologos ibidem ſcribentes ꝙ malefici omnibꝫ modis poſſunt ꝓcurare leſiones in hominibus et eorum rebus cooperante demone in quibus demon poteſt ſolum ledere vel decipere videlicet in rebus fama corpore vſu rationis et in vita. vult dicere ꝙ in illis in quibus demon per ſe abſq̧ malefica poſſit ledere poſſit etiaꝫ cum malefica. immo ampliori facilitate propter maiorem diuine maieſtatis offenſionem vt ſupra tactum eſt. De rebus nāq̧ patet Iob. i. et. ij. vt ſupra patuit. De fama patet in legenda beati Hieronymi vt refert Io. an. in hierominiano ꝙ diabolꝰ ſe tranſformauit in formam ſancti ſiluani epiſcopi in nazareth amatoris Hieronymi. Qui demon primo feminā nobileꝫ nocte in lecto procare et ꝓuocare cepit ad luxuriam verbis. et deinde factis ſollicitauit ad malū. que cum clamaret demō ſub ſpecie ſancti epiſcopi ſub lecto femine ſe abſcōdit. vbi requiſitus et inuentus per luxurioſa verba ſe mentitus eſt eſſe epiſcopum ſiluanū. In craſtinū igitur ſanctus vir diſparente diabolo diffamatus eſt grauiſſime. Que infamia tandem circa ſepulcrū ſancti Hieronymi fatente diabolo in obſeſſo corpore purgata eſt. De corpore patet in beato Iob qui percuſſus fuit a demone vlcere peſſimo quod exponitur de lepra. Refert etiam Sigibertus et Vincē. in ſpe. hiſto. li xxv. c. xxxvij. ꝙ tempore Ludouici ſecūdi impatoris in parrochia maguntina quidā demon primo ſepe lapides iecit ⁊ quaſi mallio ad domos percuſſit. Et deinde publice loquēdo furta prodendo et diſcordias ſeminando plures inquietauit. Deinde omnes cōtra vnū irritauit cuiꝰ hoſpitiū vbicunq̧ manebat incendit. Et ob illiꝰ peccata oēs pati affirmauit. Vnde tandē tm̄ agros ꝓ hoſpitio habere potuit. ꝓpter qđ cū p̄ſbyteri letanias celebrarēt multos iactibꝫ lapidū demō vſq̧ ad cruentatōꝫ leſit. aliqn̄ quieuit. aliqn̄ ſeuit. et ꝑ trienniū iſta ꝯtinuauit quouſq̧ oīa edificia ibi incendio cōſumpta ſunt Item de nocumento vſu rōnis et vexatione interiorum ſenſuū probatur ex poſſeſſis ⁊ arreptitijs per euangelicas etiā hiſtorias. Itē de morte et ꝙ de vita etiā quoſdā priuat. Pꝫ

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

Thobie.vi.de ſeptem viris ſare virginis oc
ciſis qui propter luxurioſum affectum et ef-
frenem appetitum in virgineꝫ ſaram eiuſdem
nõ erant digni matrimonio. Quare cõcludi
tur ꝙ ſicut per ſe ita et amplius per malefi-
cas in omnibus nihil dempto hominibꝫ no
cere poſſunt. Uerum vbi querit̃. An huiuſ-
modi leſiones ſint potius demonibꝫ aut ma
leficis imputande. Reſpondetur ꝙ ſicut ꝓ-
pria et immediata actione demones operan
tur infirmitates immittendo. ita et ipis prin
cipaliter ſunt imputande ſed quia in cõtem-
ptum et offenſam creatoris ſimul et in perdi
tionem animarũ querunt huiuſmodi per ma
leficas exercere ſcientes ꝙ per talem modum
ſicut deus amplius irritatur ita et amplius
permittit eis poteſtatem ſeuiendi. quia ⁊ de fa
cto innumera maleficia perpetrant̃ que non
permitterentur diabolo inferre hominibus
ſi per ſe ſolum affectaret homines ledere que
tamen permittuntur iuſto et occulto dei iudi
cio per maleficas propter earum perfidiam
et catholice fidei abnegationem. Unde et eis
iuſto iudicio talia maleficia imputantur ſecũ
dario quantumcũqꝫ diabolus ſit actor prin
cipalis. Scopa ergo quam mulier intinge-
ret aque vt pluat et ſurſum in aerem aquam
ſpargendo licet in ſe nõ cauſat pluuiam nec
poſſet mulier inde reprehendi. quia tamen ex
pacto cum demone inito. vbi iam vt malefi-
ca talia facit. licꝫ demon ſit qui pluuiam cau
ſat. ipa tamen merito inculpatur. eo ꝙ mala
fide et opere diabolo ſeruit eius obſequijs ſe
tradendo. Sic etiam quãdo imaginem cere
am vel ſimile ad maleficiandũ aliquem ma-
leficus facit vel quãdo maleficio alicuius in
aqua vel plumbo imago apparet quicq̃d mo
leſtie infertur tali imagini cum tale experitur
fieri in imaginato id eſt homini maleficiato.
puta punctura vel alia leſura quecunqꝫ. Li-
cet leſio realiter inferatur imagini per malefi
cam vel alium hominem et inuiſibiliter de
mon maleficiatum hominẽ eodem modo le-
dit: merito tamen malefice imputatur. quia
ſine ea deus nunq̃ꝫ leſionem inferre diabolo
permitteret. nec diabolus per ſe ledere ipſum
attentaſſet. Sed quia dictum eſt de fama in
qua demones per ſe homines ledere poſſunt
abſqꝫ maleficarum cooperatõne poſſet in du
bium verti. An etiaꝫ demones per ſe poſſent
honeſtas mulieres infamare vt tanq̃ꝫ malefi
ce reputarent̃ cum in earum effigie ad male-
ficiandum aliquem apparerent vnde cõtinge
ret talẽ innocenter infamari. Reſponſio. Ali
qua ſunt premittenda. Primo quia dictũ eſt

demonẽ nihil poſſe efficere abſqꝫ diuina per
miſſione vt in prima parte operis circa vlti-
mam queſtionem patuit. etiam tactum eſt ꝙ
nõ eſt tanta permiſſio ſuper iuſtos ⁊ in chari
tate exiſtentes ſicut ſuper peccatores in quos
vtiqꝫ ſicut maiorem habet poteſtatẽ iuxta il-
lud. Cum fortis armat⁹ cuſtodit ⁊c̃. Ita vti-
qꝫ plura permittunt̃ a deo in eorum afflictio
nem q̃ꝫ ſuper iuſtos. Demum licet iuſtos in
rebus exterioribus vt fama et ſanitate corpo
ris ledere poſſunt deo ꝑmittente quia tamen
ſciunt hoc eis cedere in augmentum merito-
rium ideo min⁹ eos ledere affectant. Ex qui
bus dici poteſt ꝙ in hac difficultate reſpect⁹
poteſt haberi ad diuerſa. Primo ad diuinaꝫ
permiſſionẽ. Secũdo ad hominem qui cen
ſetur honeſtus. cum tales nõ ſemper ſunt in
charitate exiſtentes ſicut ſunt ſub honeſtate
reputati. Tercio ad facinus in quo innocẽs
deberet infamari. qꝛ illud ex ſua radice cun-
cta flagicia mundi excedit. Ideo dicendum
Licet ex diuina permiſſione quiqꝫ innocens
ſiue in gratia cõſtitutus ſiue nõ ledi poſſit in
rebus fortune et fama. habendo tamẽ reſpe-
ctum ad ipm facinus ⁊ grauitatem criminis
cum malefici ſic nuncupantur ob facinorũꝫ
magnitudinem. Iuxta Iſidorꝫ ſepe allegatũ
Dici poteſt ꝙ hoc vt aliquis innocens predi
cto modo a demone infametur fieri nõ eſt be
ne poſſibile iterum multis reſpectibus. Pri-
mo qꝛ cum infamare in vicijs que abſqꝫ pec-
cato expreſſo vel tacito inito cũ demone per-
petrantur. vt ſunt furta latrocinia et actus
carnales. Aliud ſit ab infamia ſuꝑ vicia que
nullo modo poſſunt homini imputari aut
ab eo perpetrari niſi ſuper pactuꝫ expreſſum
cum demone initum qualia ſunt opera male
ficarum que niſi virtute demonum a malefi-
cis ꝑpetrantur vt vbi homines iumenta aut
terre fruges maleficiantur vnde et eis aliter
imputari nõ poſſunt. Ideo licet demon poſ-
ſit hominem de alijs vicijs infamare. de tali
tamẽ vicio infamare ꝙ ſine eo nõ poteſt per-
petrari nõ videt̃ bene poſſibile. Preterea huc
uſqꝫ nunq̃ꝫ actum eſt nec repertum vt aliquiſ
innocens ſit per demonem taliter infamat⁹.
Et ſic ꝓpter talem infamiã morti fuiſſet adiu
dicatus: immo vbi tantummõ infamia labo
rat taliſ nulla pena punitur niſi ꝙ canonica
purgatio ſibi indicitur vt in tercia parte o-
peris circa ſecundũ moduꝫ ſententiandi ma-
leficas patebit. Et licet ibi cõtineatur quod
in caſu dum in purgatione deficeret pro reo
eſſet habẽdus. adhuc tñ abiuratio ſibi indi-
ceretur anteqꝫ vlterius ſuper penã relapſis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

debitam procederetur. Sed quia circa con-
tingentia laboramus que actu nunq̄ fuerūt
perpetrata. nulli dubium quin et in poſterū
diuina permiſſio fieri nō ꝑmittat. Preterea
et a fortiori propter angelicam cuſtodiā que
nō permittit inſontes in alijs criminibꝫ mi-
noribus infamari. vt in latrocinijs et huiuſ-
modi minus permittet. immo fortius ſue cu
ſtodie deputatū ab infamia talium flagitio-
rum preſeruabit. Nec valet ſi quis acta per
ſanctum Germanū obijceret. quando demo
nes in aſſumptis corporibus et ad menſam
cōſedentibus alias mulieres viris ſuis con-
dormientibus repreſentabant hoſpitē illudē
tes quaſi ille mulieres in ꝓprijs corporibus
ſemper edentes et bibentes aduentarent. de
qua etiaꝫ ſupra mentio habita eſt. Quia nec
ibi ille mulieres excuſantur quaſi innocētes
omnino. ſed ꝙ talia mulieribus ſepe accidūt
quod iuxta ca. .xxvi. q. v. epiſcopi. notatur.
Ubi reprehenduntur tales ꝙ dum in imagi
naria ſolummodo illuſione transferātur pu
tant ſe veraciter et corporaliter tranſferri. li-
cet vt ſupra tactuꝫ eſt etiam interdū corpora
liter a demonibus vehuntur. Sed ꝙ corpo
rales infirmitates alias omnes nulla dēpta
diuina permiſſione inferre poſſunt. De illo
eſt preſens ſpeculatio. Cōcludendo ex preno
tatis ꝙ ſic. cum nulla fiat a doctoribus exce
ptio. cui et rationē aſſentire oportet cum ali-
as demones ſua naturali virtute cuncta cor-
poralia excedunt vt ſepe tactum eſt. Acta de-
niq̄ȝ et geſta per nos reperta hec affirmant.
Nam licet maior difficultas fortaſſis circa
lepram aut epilenſiam oriri poſſit an videli-
cet talia inferre poſſent eo ꝙ huiuſmodi tan-
tummodo ex diuturnis preuijs interiorum
diſpoſitionibus et defectibus ſolent oriri. ni
hilominus per maleficia interdū eſſe illata
repertum eſt. Nam in dioceſi Baſilienſi in
cōfinibus partium Lotharingie et Alſatie
cum quidam honeſtus laborator quedā ver-
ba dura cōtra rixoſam quandam mulierē ꝓ-
tuliſſet. illa indignata minas adiecit quod in
breui ſe de eo vindicare vellet. Et ille licet mi
nas paruipendiſſet: eadē tamen nocte ſibi pu
ſtulam collo accreuiſſe ſenſit fricando tamē
paululum et tangens totam faciē inflataꝫ et
tumefactā cum collo perſenſit intantū vt hor
ribilis ſpecies lepre etiam per totū appareret
corpus qui nō diſtulit ſed quātotius amicis
et cōſulibus accerſitis rem geſtam ſuper cō-
minatoria verba mulieris narrauit. et ꝙ ſic
mori ea fide ⁊ ſuſpitione vellet ꝙ illa ſibi arte
magica eadem malefica intuliſſet. Quid plu
ra mulier capitur queſtionibus exponitur et
crimen fatetur. At iudex de modo et cauſa di
ligentius inquirens. Reſpondit. Cum me
verbis obprobrioſis homo ille aggreſſus fu
iſſet ego ira ſuccenſa cum ad domū veniſſem
malignus ſpiritus cauſaꝫ triſticie mee inqui
rere cepit. cui cū ſingula enarraſſem et vt me
vindicare poſſem eidem inſinuando inſtarē
Ille inquiſiuit dicens. Quid ergo vis vt ei
faciam. At ego reſpōdi. Uellem vt inflatam
faciem ſemper retineret. et ſic ille abſceſſit et il
lam infirmitatē vltra quam petij homini in-
tulit. ego enim ꝙ tali lepra eum percuteret mi-
nime ſperaſſem: vñ et incinerata fuit. In dio
ceſi deniq̄ȝ Cōſtantienſi inter Briſiacum et
Fryburg leproſa quedam mulier multis re-
ferre ſolet niſi debitum vniuerſe carnis iam
ab annis duobus perſoluerit quod ſimili de
cauſa cōtrauerſie que inter ipm̄ et quandam
aliam mulierē mota fuiſſet dum de nocte do
mum egreſſa ante oſtium quid operis agere
tentaſſet ventus quidam calidus a domo al
terius mulieris que ex oppoſito domus ſue
fuerat eius faciem repente inſufflauit. vndeꝫ
ſubito in lepram quā geſtabat ſe incidiſſe aſſe
ruit. In dioceſi deniq̄ȝ eadem et territorio ni
gre ſilue malefica dum per lictorē ſuper ſtru
em lignorum ꝓ incendio ſibi parato a terra
eleuaretur dixit. Dabo tibi mercedē. Et ſic
inſufflando in eius vultum ſtatim lepra hor-
ribili per totum corpus percuſſus paucis et
poſt ſuperuixit diebus. horrenda eius flagi-
cia breuitatis cauſa obmittunt̄. ſicut et alia
quaſi innumera ſup̄ hec recitari poſſent. Epi
lenſiam nanq̄ȝ ſeu caducum morbum certis
infligiſſe per oua cum mortuorū corporibus
ſubtumulata p̄cipue ex earum ſecta inhuma
tis cum alijs earū cerimonijs que recitanda
nō ſunt vbi in potu vel cibo alicui prebuerūt
ſepius a nobis repertum eſt.

## Super modum quo alias cōſimiles in-firmitates in ſpeciali hominibus inferre ſo-lent. Capitulum. xij.

Alias deniq̄ȝ infirmitates inflixiſ-
ſe vt cecitatem vel acutiſſimos do-
lores et torſiones in corporibꝫ ho-
minū quis enumerare poteſt. Ta
men ex his que oculis noſtris perſpeximus
et que vni ex inquiſitoribus innotuerunt ali
qua in mediū producamus. Eo in tp̄e quo
in oppido yſbruck inquiſitio ſup̄ maleficas
fieret. hic inter alios deduct⁹ fuit caſus. Nā

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

honeſta quedam perſona et vni ex familiari-
bus archiducis matrimonio copulata in p̄-
ſentia notarij ⁊c̄. ſm formā iuris depoſuit ꝙ
cum tempore ſue virginitatis cuidam ex ciui
bus famularetur. Accidit vt vxor illius gra
ui dolore capitis langueret. Pro cuius cura
tione cum quedā mulier acceſſiſſet ⁊ ſuis car
minibus et certis praxis mitigare dolorē ha
beret. Ego eius practicam vbi diligēter ob-
ſeruabam: perſpexiq; ꝙ cōtra naturam aque
fuſe in ſcutellam quandā ipſa aqua in ollam
aliam aſcendiſſet cum alijs cerimonijs que
recitare opꝰ nō eſt. cōſiderānſq; ꝙ ex illis do
lor capitis in domina nō mitigaretur aliqua
liter indignata hec verba ad maleficam ꝓtu
li. Neſcio quid agitis: vos nō facitis niſi ſu-
perſtitioſa et hoc propter comodum veſtrū.
Tunc malefica ſtatim ſubiunxit. An ſint ſu-
perſtitioſa vel nō: tercia die tu ſenties quod
rei probauit euentus. Nam tercia die mane
me ſedente et fuſum apprehendēte. tantus do
lor ſubito corpus meum inuaſit. Primo in
interioribus vt nō eſſet pars corporis in qua
nō punctiones horribiles ſentirem. Secun-
do nō aliter mihi videbatur niſi ꝙ continue
igniti carbones capiti meo ſuperfunderent.
Tercio in cute corporis a vertice vſq; ad plā
tas pedis non fuiſſet ſpacium ad punctū a-
cus vbi nō fuiſſet puſtula alba ſanie repleta.
Sicq; in his doloribus eiulando ⁊ tantum
modo mortem optando vſq; ad diem quar-
tum perſtiti. Tandem maritus domine mee
vt ſtabulum quoddā intrarem mihi iniun-
xit. At ego paulatim incedendo eo preceden
te dum ante oſtium ſtabuli eramus. Ecce in
quit ad me: pecia panni albi ſuper oſtium ſta
buli. At ego. Video bene. Tunc ille. Quan-
tum potes remoue quia forte melius habe-
bis. Tunc ego q̄ntum potui vno brachio me
ad oſtium tenente cū altero peciam apprehen
di. Aperias inquit dominus et cōſidera dili
genter ibi repoſita. Tunc vbi peciam ſolui
plura ibidem incluſa reperi. precipue autē
grana quedam alba ad modum quo puſtule
inerant corpori meo. ſemina quoq; ⁊ legumi
na quorum ſimilia necedere poteram aut in-
tueri cum oſſibus ſerpentum et aliorū anima
lium intuita ſum. Et ſic ſtupefacta dum in-
quirerem a domino quidnam agendum fo-
ret. vt in ignem cuncta proijcerem iniunxit.
Proieci. Et ecce ſubito non poſt hore ſpaciū
aut quartale ſed in momēto vt in ignem res
ille fuerant ꝓiecte omnem ſanitatem priſti-
nam recuperaui. Et quia plura cōtra vxorē
illius cui famulabatur fuerunt depoſita per
que ſuſpecta nō tam leuiter q̄ȝ et vehementer
fuit habita et precipue propter magnā fami-
liaritatem cum maleficis habitam. Unde p̄-
ſumitur ꝙ conſcia de maleficio repoſito hoc
viro indicauit et deinceps modo p̄miſſo pu-
blicatum ſanitatem ancilla recuperauit. In-
ſuper aliud maleficium cuidam perſone etiā
muliebri illatum in eodem oppido referre in
deteſtationem tanti criminis expedit. Mu-
lier quedā maritata et honeſta acceſſit ⁊ iuxta
iuris formam vt ſupra depoſuit. Retro do-
mum inquit habeo viridariū eſt et illi ortus
cōtiguus vicine mee. Unde quadā die cum
tranſitum fieri ex orto vicine ad viridarium
meum non abſq; damno perſpexiſſem ſtans
in oſtio viridarij. et apud meipam cōqueren
do et querulando tam de tranſitu q̄ȝ et de da
mno. vicina ſubito ſuperuenit: et an eam ſu-
ſpectam haberem inquiſiuit. At ego territa
propter malam eius famaȝ nil aliud niſi hec
verba protuli. Greſſus in graminibus dam
na demonſtrant. Tunc illa indignata quia
ad eius fortaſſis beneplacitum me litigioſis
verbis cum ea implicare nolebam. Abſceſſit
cum murmure. Et verba que protulit licet
audire tamen intelligere nō potui. Poſt pau
cos vero dies ingens infirmitas mihi acci-
dit cum doloribus ventris ⁊ acutiſſimis tor
ſionibus a latere ſiniſtro verſus dextrum et
viceuerſa quaſi duo gladij aut cultri eſſent
pectori infixi. Et ſic die noctuq; clamoribꝰ
omnes vicinos alios inquietaui. Et cōfluen
tibus hincinde ꝓ ꝯſolatōne accidit vt lutifi
gulus prefatam vicinam et maleficam adul
terino flagitio habēs in amaſiam ſimili mo-
do viſitationis gratia accedens. et infirmita
ti mee cōpatiens poſt verba conſolatoria ab-
ſceſſit. Sequenti tamen die feſtine rediit. et
inter alia cōſolatoria ſubiunxit. Experimē-
tum capiam an ex maleficio hec vobis infir-
mitas acciderit. quod ſi ſic repertum fuerit
ſanitatem vobis recuperabo. Accepto ergo
plumbo liquefacto et me in lecto decubente
plumbū in ſcutellā aqua plenā ſupra corpus
meum appodiando infudit. et vbi quedā ima
go et figure diuerſarū rerum ex plumbo con
gelato apparuiſſent. Ecce inquit ex maleficio
hec vobis contigit infirmitas. Et ſup limen
oſtij domus vna pars inſtrumentorum ma-
leficij cōtinetur. Accedamus ergo et illis a-
motis melius ſentietis. Sicq; maritus me-
us cum eo pariter ad tollendum malefici-
um accedunt. Et lutifigulus limen eleuans

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

marito iniunxit vt manum in foueã que apparuerat mitteret et quecunq3 inueniret extraheret. Quod et fecit. Nam primo imaginem quandã ceream in longitudine vni⁹ palme vndiq3 perforatam habentis duos acus ex aduerso per latera ad modũ quo ipsa punctiones a ſiniſtro latere vſq3 ad dextrũ et ecõuerſo perſenſerat extraxit. Demũ pecias panniculorum diuerſas. plurimas res tã in granis q3 in ſeminibus et oſſibus continentes ſicq3 illis in ignem proiectis ego quidem conualui ſed nõ ex toto. Nam lic3 torture ꝛ punctiones ceſſaſſent appetituſq3 comedendi redijſſet. ex integro tamen priſtine ſanitati vſq3 in preſens minime ſum reſtituta. Et cum apud lutifigulu3 importune inſtarem. Unde hoc ꝙ priſtina ſanitas nõ rediret. Reſpondit Sunt et alia inſtrumenta alibi abſcondita que inuenire nõ valeo. Et qualiter tunc prima inſtrumenta repoſita agnouiſſet dum inquirerem. Reſpõdit. Ex amore quo amicus amico reuelare ſolet hec cognoui. Unde dũ adulteram procabat et mihi vicinam agnoui. Ideo argumentum ſuper eam cepi ſuſpitionis. hec egrota recitabat. Sed quid ſi ſingula que in illo dũtaxat oppido reperta ſunt dum recitare vellem liber vtiq3 foret cõficiendus. quanti enim ceci claudi aridi ꝛ diuerſis irretiti infirmitatibus iuxta formã iuris ex vehementi ſuſpitione ſuper maleficas eis huiuſmodi infirmitates in genere vel in ſpecie predicentes et ꝙ talia in breui ſentire haberent. vel ad dies vite vel ad mortem ſtatim percipiendã. Et quod ſm eorum auiſamenta cuncta accidiſſent: vel ad ſpecificatã infirmitatem. vel ad mortem aliorum. quia enim terra illa vaſallis et armigeris abundat et ocia dant vicia vbi interdum mulieres pcabant dum illas procatas abijcere et alias honeſtas matrimonio ſibi copulare diſpoſuerunt. raro ſine vindicta ſuper maleficiũ inferendũ aut viro aut vxori dum ſe ſpretas cernebant. thorus cõiugalis perſeuerabat. non autẽ viris tantũ q3tum mulieribus eo vt pie eſtimari poteſt illis interemptis aut arefactis priores amaſias procare haberent. Nam et cocus quidam archiducis dum iuuenculã honeſtam et alienigenã duxiſſet malefica ei⁹ amaſiã in publica via alijs honeſtis ꝑſonis audientibus iuuencule maleficium et mortem predixit extenſa manu dicens. Non diu de tuo marito gaudebis. Statimq3 ſequenti die lecto decubuit et poſt paucos dies debitum vniuerſe carnis perſoluit in extremis cõteſtando. En ſic morior quod illa ſuis maleficijs deo permittente me interimit et vtiq3 pro meliori deo ſibi alias nuptias in celis diſponente. Sic deniq3 per maleficia miles quidam vt publica fama teſtat̃ interemptus fuit ſic et alij plures quos recitare obmitto. Inter quos et domicellus quidam dum ad nutum amaſie ſecũ pernoctare nolebat et per famulum ſuum quod ea nocte ſecum certis negocijs prepeditus pernoctare nõ poſſet ei indicaſſet. Illa indignata famulo iniunxit. Dicas domicello. Non diu me vexabit. ſicq3 ꝛ ſequenti die infirmatus: poſt paucos dies ſepultus. Sunt et tales malefice que iudices ſolo aſpectu et oculorum intuitu maleficiare ſciunt. quod etiam nullam moleſtiã eis inferre publice ſe iactantes. ſed et quibuſcunq3 pro criminalibus cauſis detentis et grauiſſimis tormentis pro dicenda veritate expoſitis taciturnitatẽ inferre ſciunt ꝙ nunq3 eorum facinora detegere poterunt. Sunt et que imaginẽ crucifixi flagellis et cultris impingendo ob maleficia perpetrãda cum turpiſſimis verbis contra glorioſiſſime virginis Marie puritatem et noſtri ſaluatoris ex eius intemerato vtero natiuitatem dehoneſtauerunt verba illa et ſingulos actus recitare nõ expedit cum nimis ſint piorum aurium offenſiua. in ſcriptis tamen redacta et repoſita ſunt prout baptizata quedam iudea ꝛ alias iuuenculas induxerat. quarũ vna ꝛ valpurgis nomine eodem anno in extremis poſita dum a circumſtantibus ad cõfeſſionem peccaminum hortaretur exclamauit. Corp⁹ et animã tradidi diabolo nec ſpes mihi adeſt venie: et ſic defuncta. Singula hec non ad ignominiam ſed ad laudem et gloriam illuſtriſſimi archiducis conſcripta ſunt cum reuera vti catholicus princeps et precipuus fidei zelator in exterminium earum cum aſſiſtentia reuerendiſſimi ordinarij Brixieñ. nõ mediocriter laborauit. Recitata autem potius in deteſtationem et odium tanti criminis vt que iniurias hominum vlciſci non deſiſtunt. quomodo iniurias creatoris et fidei cõtumelias etiam nõ habendo ad temporalia damna reſpectum ſufferre poſſunt. omnium enim eorum hoc precipuũ fundamentũ fidei vic3 abnegatio exiſtit.

Super modum quo obſtetrices malefice maiora damna inferunt dum infantes aut interimunt aut demonibus execrando offerunt.

Capitulum. xiij.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

Hyſtoria

Nec preterenndũ eſt de nocumẽtis
a maleficis obſtetricibus pueris il
latis. Et primo quomodo interi=
munt. Secundo quomodo demo
nibus offerendo execrant. In dioceſi naqꝫ
Argentinenſi ⁊ oppido zabernio mulier que
dam honeſta. ac beatiſſime virgini Marie
plurimũ deuota hunc caſum referre ſibi ac=
cidiſſe ſingulis eius hoſpiciũ quod publice
tenet: nigram habẽs aquilã ꝓ interſigno fre=
quentantibus cõmemorat. A viro inquit le
gitimo ſed iam defuncto impregnata. Ubi
dies pariendi appropinquarẽt. Mulier que
dam obſtetrix vt ipſam ad obſtetricandũ pue
rum acceptaret importune inſtabat. At ego
conſcia de eius infamia licet aliam mihi aſ=
ſumere decreuiſſem. Verbis tamẽ pacificis
quaſi ſuis annuere vellem petitionibꝫ me ſi=
mulabam. Adueniente autẽ tempore partꝰ
cum aliã obſtetricẽ ꝯduxiſſem. Illa prior in=
dignata quadaꝫ nocte camerã meã euolutis
vix octo diebus cum duabus alijs mulieri=
bus ingreditur. Et lecto appropinquantes
in quo iacebam. Cũ maritũ meum qui in al
tera dormiebat camera vocare voluiſſem ſin
gulis membris et lingua ita remanſi viribuſ
deſtituta quod dempto viſu cum auditu nec
pedicam mouere potuiſſem. In medio ergo
illarum duarũ ſtans malefica: hec verba ꝓtu
lit. Ecce hec peſſima mulierũ quia in obſte=
tricem me recipere noluit impune nõ tranſi=
bit. Et cum alie due a latere ſtantes ꝓ ea ſup
plicarent dicentes tñ nunqꝫ alicui ex noſtris
nocuit. Malefica ſubiunxit. Hanc mihi qꝛ
diſplicentiam fecit ſuis inteſtinis aliqua im=
mittere volo. Sic tamẽ ꝙ infra dimidiũ an
num nullos ꝓpter vos dolores ſentiet: ſed il=
lo euoluto ſatis cruciabitur. Acceſſit ergo et
ventrẽ cum manu tetigit. Mihiqꝫ videbatur
quaſi inteſtinis extractis certas res quas tñ
videre nõ potui intromitteret. Illis ergo ab=
euntibus cum vires ad clamandũ recuperaſ
ſem maritũ quãtotius vocaui et rem geſtam
denudaui. Cum autẽ ille cauſam puerperio
aſſignare vellet dicens. Vos puerpere pluri
mis illuſionibꝫ et fantaſijs laboratis nec q̃cꝫ
modo dictis meis fidẽ adhibere volebat: ad=
iunxi. Ecce ſpaciũ ꝓ anno dimidio mihi do
nauit. quo elapſo. ſi nulli cruciatus ſuperue
nient dictis tuis fidem adhibebo. Cõſimi=
lia deniqꝫ verba filio clerico qui et ꝓ tunc ar
chidiaconus ruralis erat ꝓtulit cum et ipſe
viſitationis gratia illo die eam frequentaſſet
Quid plura ſex menſibus ad punctũ euolu=
tis internorũ viſcerum tortura, ſubito ipſam
tam dire inuaſit vt nec diebus nec noctibus
a clamoribus omnes inquietãdo abſtinere
potuiſſet. Et quia vt premiſſum eſt deuotiſ=
ſima virgini et regine miſericordie extitit in
pane et aqua ſingulis ſabbatinis diebus ie=
iunando. Ideo et per ipſius ſuffragia credi=
dit ſe liberari. Unde et quadã die vbi opus
nature ꝑficere volebat: tunc omnis illa immũ
dicia e corpore ꝓrupit. Et aduocans maritũ
cum filio dixit. Sunt ne res iſte fantaſtice.
Nonne dixi poſt dimidiũ anni ſpacium veri
tas cognoſcet̃. Aut quis vidit vnqꝫ ſpinas
oſſa ſimul etiã ligna me comediſſe. Erãt enĩ
ſpine roſarũ in longitudine vnius palmi cũ
alijs varijs innumero rebus immiſſe. Inſu=
per vt in prima parte operis ex illius famule
reducte ad pñiam in Briſiaco cõfeſſione pa=
tuit maiora damna fidei circa hanc hereſim
maleficarũ ab obſtetricibus inferunt̃ quod
etiam quarundã cõfeſſio que et poſtmodum
incinerate fuerũt luce clarius demonſtrauit.
Nam in dioceſi Baſilienſi et oppido Dann
quedã incinerata faſſa fuerat vltra. xl. pueroſ
necaſſe per modũ talem vt qñ ex vtero egre=
diebantur acum capitibꝫ eorũ per verticẽ vſ
qꝫ in cerebrũ infixit. Altera deniqꝫ in dioce=
ſi Argentinenſi pueros abſqꝫ numero puta
quia de numero nõ cõſtabat ſe interemiſſe faſ
ſa fuerat. Taliter autẽ deprehenſa. Nam vbi
ex vno oppido in aliud cauſa obſtetricandi
mulierẽ quandã vocata fuiſſet. officio ſuo cõ
pleto dum ad ꝓpria redire volebat vbi portã
oppidi exiuit caſu brachiũ pueri recenter na
ti ex lintheo quo ꝑcincta erat cui et inuolutũ
brachiũ fuerat ad terram cecidit. quo viſo ab
his qui infra portam ſedebant dum illa pre=
teriſſet leuatã e terra vt putabãt peciam car=
nis: cautius intuebant̃. et cum nõ peciam car
nis ſed brachiũ pueri per articulos membro
rum agnouiſſent. cõſilio cum ꝑſidentibꝫ ha=
bito et inuento ꝙ infans ante baptiſmũ de=
ceſſerat brachioqꝫ careret. malefica capitur:
queſtionibus exponitur et crimen detegitur
ſicqꝫ vt predictũ eſt abſqꝫ eius numero ſe in=
fantes interemiſſe cognouit. Qua autem de
cauſa: vtiqꝫ preſumendũ ꝙ ad inſtantiã mali
gnorum ſpirituũ etiã eis interdũ inuitis ta
lia facere coguntur. Nouit enĩ diabolus ꝙ
ab introitu regni celeſtis ꝓpter penã damni
aut originale peccatũ tales pueri ſequeſtran
tur. Unde etiam diutius finale iudiciũ ꝓtra
hitur ſub quo eternis cruciatibꝫ deputabun
tur. cum eo tardius numerus electoꝝ cõple=
tur: quo cõpleto mundus conſumabitur. Et
vt in premiſſis tactũ eſt ſuaſu demoniorũ ex

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

huiuſmodi membris vnguenta earum vſi=
bus accomoda cõficere habent. Sed et hoc
horrendū facinus ſilentio pretereundū in de
teſtationē tanti criminis nõ eſt. Nam vbi in=
fantes non interimūt: tamen illos demonibꝫ
execrando per hunc modū offerūt Nato enī
infante obſtetrix vbi puerpera malefica per
ſe nõ exiſtit tunc quaſi quid operis ꝓ infan=
tis refocillatione actura ipm extra camerā de
portat et ſurſum eleuans principi demonio=
rum ſcꝫ lucifero et omnibus demonibus im
molant et hoc in loco coquine ſupra ignem.
Et vt quidam retulit cum perpendiſſet vxo=
rem ſuam tempore partus ꝙ preter cõſuetuꝫ
modum puerperarū nullā ad ſe ingredi mu=
lierem permittebat niſi dumtaxat filiā ꝓpriā
que obſtetricandi officium gerebat cauſam
huiuſcemodi experiri volens latenter ſe illo
in tempore in domo occultabat. Unde et or=
dinem ſacrilegij et diabolice immolationis
modo ꝑdicto perpendit cum eo ꝙ vt ſibi vi=
debatur per appendiculi inſtrumentū in quo
olle ſuſpendunt infans nõ fultus humano
auxilio ſed demonis ſurſum vehebat. vnde
mente cõſternatus cum et horrenda verba ꝑ
demonū inuocatione et alios ritus nephan=
diſſimos ꝑſenſiſſet ſubito vt infans baptiza=
retur acrius inſtetit. et cum ad aliam villā in
qua parrochialis erat eccleſia deferendus eſ
ſet. et per põtem ſuper flumen quoddā ꝑtran
ſire haberēt. ille euaginato gladio ſuper filiā
que infantem gerebat irruit dicēs alijs duo=
bus ſibi adiunctis audientibꝫ. Nolo vt in=
fantem per pontē deferas: quia aut per ſe põ
tem gradiet aut tu in flumine ſubmergeris
Qua perterrita cum alijs que aderant mulie
ribus et an ne compos eſſet rationis inqui=
rentes. Res enim geſta cunctas alias latebat
demptis duobus viris ſibi cõiunctis. Tūc
ille. Peſſima mulierū: arte tua magica ſcan=
dere pendiculū infantem feciſti. Fac ⁊ iam vt
nullo deferente pontem ꝑtranſeat aut in flu=
mine te ſubmergaꝫ. Sicqꝫ coacta puerū ſuꝑ
pontem poſuit: et arte ſua demonē inuocans
ſubito ex altera parte pontis infans cernitur
Baptizato ergo puero et ad ꝓpria rediens cū
iam per teſtes filiā de maleficio cõuincere po
terat ꝓut primū facinus oblationis minime
probare potuiſſet eo ꝙ ipe vnicus illi ſacrile
go ritui interfuiſſet apud iudicē poſt tempus
purgationis filiā cum matre accuſat et pari=
ter incinerantur et facinus de ſacrilega obla
tione quod per obſtetrices fieri ſolet detegit
Sed hic dubiū oritur. Quid ne operis aut
efficacie talis ſactilega oblatio in huiuſmodi
pueris efficere valeat. Ad qđ dici poteſt ꝙ ſi
cut triplici ex cauſa hoc demones efficiunt
ita et ad tria nephandiſſima hec eis deſerui=
unt. Nam primo ex ſuperbia eorum que qꝫ
ſemꝑ aſcēdit. Iuxta illud. ſuperbia eoꝝ qui
te oderunt aſcendit ſemper. querunt qꝫtū poſ
ſunt diuinis rebus ⁊ ceremonijs ſe cõforma
re vt ſic ſub ſpecie boni apparentis facilꝰ de=
cipiāt. Sic enim et virgines pueros mares
vel feminas expetunt a magis vbi in ſpecu=
lis vel vnguibus maleficorūꝫ furta ſublata
vl'alia occulta habēt manifeſtare. licꝫ per cor
ruptos idem oſtendere valerent. ſed tū vt fin
gat ſe falſe caſtitatem amare quam tamē odit
cum caſtiſſimā virginē ſumme odit. eo ꝙ ca=
put eius cõtriuit Gen̄. iij. Unde ſic animas
maleficorū ⁊ eis credentium per infidelitatis
vicium ſub ſpecie virtutis decipiūt. Tercio
vt ipa perfidia maleficarū amplius in ſui au
gmentum creſcat dum a cunabulis ſibi dica
tas maleficas ſeruāt. Ex his efficit hec ſacri=
lega oblatio tria in puero. Primo ꝙ ſicut ex
terior oblatio fit in rebus ſenſibilibꝫ deo pu=
ta in vino. pane. terre frugibus. et hoc in ſi=
gnum debite ſubiectionis et honoris. iuxta
illud Eccī. xxv. Non apparebis in cõſpectu
domini dei tui vacuus. q̄ etiā res alijs poſt=
modum ꝓphanis vſibus nullo modo appli=
cari debent nec poſſunt. Unde et. x. q. i. Da=
maſ. papa. di. Oblationes que intra eccleſiā
offeruntur ſacerdotibus tantummõ pertinē
re: ſic tamē vt nõ ſolum eas in ſuos vſus cõ=
uertant ſed vt fideliter diſpenſent partim ad
ea que ad cultum diuinū pertinent. et ꝑtim
etiam in vſus pauperum cõuertant. Ita ⁊ ta
lem puerū diabolo in ſignum ſubiectionis ⁊
honoris oblatum diuinis vſibꝫ applicari di=
gne et fructuoſe ſubiectionis tam ꝓ ſe qꝫ pro
alijs quomodo eſt poſſibile hoc a catholicis
fieri. Quis enim dicere poteſt materna ſcele=
ra ſeu aliena peccata quo ad punitionē non
redundare in filios fortaſſis ille qui dictum
propheticū attendit. Filius nõ portabit ini=
quitatē patris. Sed quid de illo paſſu Exo.
xx. Ego dominus zelotes viſitans peccata
patrum in filios vſqꝫ in terciam et quartā ge
nerationē. Eſt enī hec vtriuſqꝫ ſententia: vt
prima intelligatur de pena ſpirituali in iudi
cio poli ſiue dei et non in iudicio fori. Et eſt
pena que principaliter tāgit animā ſiue ſit pe
na damni vt priuatio glorie ſiue pena ſenſus
id eſt cruciationis ignis infernalis. His enī
penis nūqꝫ punitur aliquis ſine culpa pro=
pria vel cõtracta quantum ad originale. vel
cõmiſſo quantū ad actuale peccatū. Secūda



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

vero auctoritas quia intelligitur de imitato
ribus paternoꝝ ſcelerũ vt Gratianus expo-
nit.i.q.iiij.§.quib᷒. Ubi etiã dat alias expo-
ſitiones.ideo alijs penis quibuſcũq; in indi
cio dei punitur quis nõ ſolũ ꝓ culpa ſua cõ-
miſſa vel cõmittenda vt ſcꝫ euitetur: ſed etiã
pro culpa alterius. Nec valet ſi dicat̃ ꝙ tũc
punitur ſine cauſa ⁊ ſine culpa que debet eſſe
cauſa pene: quia iuxta regulã iuris ſine cul-
pa niſi ſubſit cauſa nõ eſt aliquis puniẽdus.
vnde et dicere poſſumus ꝙ ſemꝑ ſupeſt cau-
ſa etiã iuſtiſſima licet nobis ignota.xxiiij.q.
iiij.Aug⁹.et ſi ſuꝑ actionẽ facti ꝓfunditatẽ
iudicioꝝ dei penetrare nõ poſſumus. verun-
tñ verũ ſcimus eſſe quod dixit et iuſtum eſſe
qđ fecit. Eſt tamẽ diſtinctio in pueris obla-
tis eo ꝙ loquẽdo de innocentib᷒ qui nõ per
matres maleficas ſed ꝑ obſtetrices demoni-
bus offerunt̃ et rapiuntur occulte vt dictum
eſt ſupra ab amplexibus et vtero honeſte ma
tris ꝙ tales innocentes nõ adeo deſeruntur
vt imitatores efficiantur tantoꝝ ſcelerũ ſed
imitatores paternarũ virtutum hoc pie cre-
dendum eſt. Secundũ quod efficit hec ſacri
lega oblatio eſt. Qꝛ ſicut in oblatione qua ho
mo ſeipm̃ deo offert in ſacrificiũ recognoſcit
deum ſuum principiũ et finem. quod quidẽ
ſacrificiũ dignius eſt omnibus ſacrificijs a-
lijs exteriorib᷒ ab eo impenſis. Iuxta illud.
Sacrificiũ deo ſpiritus ꝯtribulatus cor cõ
tritum et humiliatũ deus non deſpicias. Et
hoc quo ad principiũ creationis et finem glo
rificationis. Ita et ipſa malefica puerũ offe-
rens diabolo: eius animã et corpus tãq; ſuo
principio et fini damnationis eterne cõmen
dat. Unde et nõ niſi miraculoſe a ſolutione
tanti debiti liberari poterit. Solet quedam
hiſtoria immo et plures recitari de pueris ex
materno vtero demonibus improuiſe ⁊ exa-
liqua paſſione et cõmotione mentis a matri-
bus oblatis et qualiter cũ maxima difficul-
tate in adulta etate a demonũ iuriſdictione
quã diuina permiſſione ſibi vſurpabant libe
rari potuerũt. de quibus liber exemplorum
beatiſſime virginis marie refertus noſcitur.
ſpecialiter et de illo qui per ſummũ pontificẽ
dum liberari a vexationibus demonũ nõ po
terat. miſſus tandem ad quendã virum ſan-
ctum in orientalib᷒ partibus degentẽ cũ ma
gna adhuc difficultate per interceſſionẽ ipi⁹
glorioſiſſime virginis ab illa iuriſdictõe ere-
ptus fuit. Unde ſi in vltionẽ vnius impro-
uiſe nõ dico oblationis ſed exhibitionis vbi
mater ex indignatione dumtaxat ſuper co-
pulam carnalẽ viro exhibendã cum dixiſſet
maritus/ſpero inde fructum ꝓuenturũ. Et
illa replicans. Sit fructus ille diabolo da-
tus. tanta ſeueritas diuine punitionis patu-
it quanta creditur ſeuire vbi tanta diuine ma
ieſtatis cernitur offenſa. Tercium quod hec
ſacrilega oblatio efficit eſt habitualis incli-
natio ad huiuſmodi maleficia hoĩbus iumẽ
tis et terre frugibus inferẽda. Huius ratio
aſſignari poteſt ex his que ſ̃m Tho. ſa ſe.q.
cviij. ſuper punitionẽ tamporalẽ qua aliqui
propter alienas culpas puniunt̃ deducunt̃.
Dicit eni ꝙ qꝛ filij ſunt ſ̃m corpus res que-
dam patris et ſerui et animalia res domino-
rum. Et cum aliquis ſit puniendus in reb᷒
ſuis omnibus: ideo et filij puniunt̃ pluries
pro parentibus. Et differt hec ratio ab illa
que ſupra tacta fuit de peccatis patrũ qꝛ de-
us viſitat in filios vſq; in terciã et quartam
egenerationẽ. Quia vt ibi tactum eſt hoc in-
telligitur de imitatorib᷒ paternoꝝ ſcelerum
Hec autẽ ratio cõcludit de punitione filioꝝ
pro parentib᷒ vbi nõ imitantur paterna ſcele
ra in actu per mala opera ſed tantũ in habi-
tu. ſic enim et filius nat⁹ ex adulterio dauid
mortuus fuit q̃ꝫ citius. Et animalia amale-
chitarum iuſſa ſunt interfici q̃uis ⁊ in huiuſ
modi ſit ratio miſtica. vt habetur.i.q.iiij.§.
paruulos. Ex quibus omnibus nõ incõue-
nienter dicitur ꝙ huiuſmodi pueri ſemꝑ ad
maleficia perpetranda vſq; in finẽ vite incli-
nantur. Sicut enim deus ſuam oblationẽ
ſanctificat vt ſanctorũ geſta demonſtrãt vbi
parentes ſobolem ex eis ꝓcreandã deo dicaſ
ſent. vtiq; et diabolus ſuã oblationẽ inficere
nõ ceſſat ex veteri et nouo teſtamẽto quaſi in-
numera poſſent geſta deduci. Sic enim plu-
res patriarche et ꝓphete vt Iſaac Samuel
Sampſon. Sic etiam Alexius Nicolaus.
et alij innumeri gratijs plurimis ad ſancti-
tatem vite fuerunt ꝓuenti. Experientia deni
q; demonſtrat ſemper filias maleficarũ in cõ
ſimilibus tanq; imitatrices maternorũ ſcele-
rum eſſe diffamatas. immo et totam quaſi ꝓ-
geniem eſſe infectã. Et huius quidem et om
nium precedentiũ ratio quia ſuperſtitẽ ſemꝑ
habent relinquere et in augmentum illius
perfidie ſummis conatib᷒ ex pacto cum de-
mone inito tendere. Unde enim contingere
poſſet ꝙ ſepiſſime repertum eſt puellas im-
puberas vt octo vel decem annorum tempe
ſtates et grandines concitaſſe niſi ex tali pac
to ſub tali oblatione ſacrilega diabolo ꝑ ma
trem maleficam infantem execraſſe. nec enim
ꝑ ſe pueri talia ex fidei abnegatiõe ꝓut adul
te malefice a principio facere habent efficere

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

poſſent cū nec alicuius fidei articuli fortaſſis
noticiam habent. E quibus geſtis aliqua in
mediū producam⁹. In partibus enī ſueuie
dum quidā villanus ſegetes in campis cum
filia paruula vix octo annorū cōſpicere de=
creuiſſet et ꝓpter ſiccitatem terre pluuiā apud
ſe ruminans et cōferens optaſſet dicēs. Heu
quādo veniet pluuia. Puella audiens verba
pr̄is ex ſimplicitate animi dixit. Pater ſi plu
uiam deſideras faciā ꝙ cito veniet. At pater.
Unde hec tibi/noſcis ne pluuiam ꝓcurare.
Reſpondit puella vtiqꝫ et nō dum pluuiam.
ſed et grandines et tempeſtates cōcitare ſcio.
Et pater. Quiſnā te docuit. Reſpōdit. Ma=
ter mea. verum quod mihi inhibuit ne alicui
hoc indicarem. Tunc iterum pater. Et quo=
modo te docuit. Reſpōdit. Me cōmiſit vni
magiſtro: quem omni hora ad quecūqꝫ peti=
ta habere poſſum. At pater. Uidiſti ne illum
Reſpondit. Uidi interdum viros introeun
tes et exeuntes ad matrē. Et cum interrogaſ
ſem qui nam eſſent. Reſpondit. Sunt noſtri
magiſtri quibus etiā te tradidi et cōmiſi ma
gni fautores et diuites. Territus pater. An
ne illa hora grandinē citare poſſet inquiſi=
uit. Et pucila. Utiqꝫ ſi modicū aque habue=
ro faciam. Tunc pater puellam per manum
ad torrentē deduxit. Fac inquit. ſed tantum=
modo ſuper agrum noſtrum. Tunc puella
manum in aquā miſit et in nomine ſui magi
ſtri iuxta doctrinā matris mouit. Et ecce tan
tummodo pluuia agrū illum perfudit. Nō
cernēs pater. Fac inquit et grandinē: ſed tan
tummodo ſuper vnū ex agris noſtris. Nō
cum iterum puella feciſſet pater de experiētia
certificatus vxorem apud iudicem accuſauit
Que capta et cōuicta incinerata fuit. et filia
denuo baptiſata et deo dicata amplius illa ef
ficere nō potuit.

Sequit̄ ſuper modū quo iumētis malefi
ce varia nocumēta inferunt.

Capitulum. xiiij.

Utiqꝫ a fortiori cum apoſtolus di=
cat. Nunquid deo cura eſt de bo=
bus volens per hoc innuere. Q licet omnia ſubſint diuine ꝓuiden=
tie tam homines ꝙ iumēta vtroſqꝫ iuxta mo
dulum ſuū ſeruās vt pſalmiſta ait. filij tamē
hominū ſub tegmine et ꝓtectione alarū am=
plius gubernātur. Si inquā homines diui=
na permiſſione per maleficos affligunt̄. in=
nocentes. iuſti ⁊ peccatores. parentes deniqꝫ
in filijs qui res ſunt pertinentes ad eos. Cū
etiam iumēta terre fruges ſimiliter de rebus
hominum exiſtunt vtiqꝫ et ſuper illos varia
nocumēta poſſe a maleficis inferri nemo du
bitare diuina permiſſione cōcurrente preſu=
mat. Sic enim Job a diabolo ꝑcuſſus cun=
cta iumenta perdidit. ſic deniqꝫ nec minima
reperitur villula vbi mulieres mutuo vac=
cas inficere lac eas priuare et ſepiſſime interi
mere nō ceſſant. A minimo autē nocumento
incohando quod de priuatione lactis eſtima
ri poteſt. Si de modo quo id efficere valeāt
queritur. Reſponderi poteſt ꝙ quia ſm̄ Al=
bertū. iij. de animalibꝰ. Lac de natura ſit mē
ſtrui in quolibet animali. ſicut etiam fluxus
alius in femina vbi nō reſtringitur talis flu=
xus aliqua infirmitate vel ex cōditione natu
re vel ex accidentali infirmitate. tunc reſtrin
gitur aut aufertur interdum maleficiali ope
re. Ex cōditione autem naturali lac reſtringi
tur poſt ꝯceptum fetum. Ex infirmitate ve=
ro accidentali ſicut pluries ex comeſtione ali
cuius herbe que ex natura lac reſtringere ha
bet et vaccam alterare. Ex maleficio autem
talia ꝓcurant varijs modis. Quedā enī noc=
turnis temporibus ⁊ ſacratioribus vtiqꝫ ex
inductione diaboli ob maiorē offenſam diui
ne maieſtatis in quocūqꝫ angulo domus ſue
ſe collocant vrceum inter cruras habentes.
Et dum cultrum vel aliquod inſtrumentū
in parietem aut columnā infigunt et manus
ad mulgendū apponunt tunc ſuū diabolū q
ſemꝑ eis ad oīa cooperat̄ inuocant. et ꝙ de
tali vacca et tali domo que ſanior et que ma=
gis in lacte abundat mulgere affectat ꝓponit
tunc ſubito diabolus ex māmillis illius vac
ce lac recipit. et ad locū vbi malefica reſidet ⁊
quaſi de illo inſtrumento fluat reponit. Hec
quidē populo p̄dicando nemo ꝓpterea ex eis
informatur. quia ꝙtumcunqꝫ quis demonē
inuocaret ⁊ per nudā inuocationē hec ſe poſ
ſe efficere eſtimaret: ſeipm̄ deciperet. qꝛ caret
fundamento illius ꝑfidie. quia ſcꝫ omagiū
nō p̄ſtitit et fidem nō abnegauit. Hec ideo
poſui cum plures hec et alia que poſita ſunt
eſtimant populo nō eſſe ꝓponenda ꝓpter ꝑicu
lum informationis. cum ſit impoſſibile ali=
quem ꝑ predicationē poſſe informari rōne
tacta. Potius autē ſunt in deteſtationē tanti
criminis. et vt iudices in vltionē tanti ſcele=
ris ſcꝫ fidei abnegationis amplius inarde=
ſcant ſunt p̄dicanda. licet nō ſemꝑ: plus etiaꝫ
ponderāt ſeculares hmōi temporalia dāna:
cum magis terrenis implicant̄ affectionibꝫ
ꝙ ſpiritualibus. vnde et cum eis talia poſſe
fieri affirmantur in punitionē ipoꝝ amplius
ſeuiunt. ſed tn̄ aſtutiā diaboli quis explicare



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

poteſt. Noui illos in quadã ſocietate cõſtitu
ſanitati reſtitueretur diſſeruit. ſicqꝫ ꝙ vetula
abſceſſit et ꝙ ſequenti nocte liberaret̄ ꝓmiſit
Et ecce circa mediū noctis vbi ſe ſanū et ab
omni infirmitate liberatū perſenſiſſet nūciō
miſſo quid nam de iuuencula foret pſcrutat̄
et ecce aderat q̄ ipam circa medium noctis in

latere matris dormientē infirmatā fuiſſe ſubi
to affirmabat. qua in re dabatur intelligi ꝙ
eadem hora z momento infirmitas epiſcopū
relinquēdo maleficā iuuenculā per aliā ma-
leficam vetulā inuaſit. et ſic ſpiritus malign⁹
a leſione epiſcopi ceſſando ipm ſanitati ꝑ ac-
cidens reſtituere videbat̄ cum tn̄ ꝓprie ſanita
tem nō immittebat: quā tn̄ occupare deo per-
mittente poterat et ꝓpter pactū cum malefica
altera vnitū que fortune alterius inuidebat.
ipe demon magiſtrā iuuenculā inficere habe
bat. et bene eſtimari pōt illa duo maleficia nō
per vnū demonē duab⁹ perſonis ſed a duo-
bus demonibus duab⁹ maleficis ſeruienti-
bus fuiſſe inflicta. nec in iſto demones ſibi
inuicē cōtrariant̄. cum ſemp in perditionē a-
nimarū quā ſumme et cōcorditer affectāt ſin-
gula operant̄. Eps deniqꝫ cum pietatis cau-
ſam ipam viſitare ꝓponeret camerā ingredi-
ens horribilib⁹ maledictōibus ſuſcept⁹ fuit
exclamando. Tu cum tua q̄ te talia docuit et
te liberauit maledicamini in eternū. et epiſco
pus emolire eius animum ad penitentiā et ꝙ
omnē offenſam ei remiſiſſet vbi tentabat. illā
vultū auertendo clamabat exeas maledicte:
hic nulla ſpes venie ſed aiam meā oibus de-
monibus cōmendo et miſerabiliter interijt:
et epiſcopus cum gaudio ad ꝓpria remeauit.
Ubi etiā notandū ꝙ quia priuilegiū vnius
nō facit legē cōmunē. ideo diſpenſatio pape
in hoc caſu nō arguit oibus ſic licere. Ad idē
refert nider in ſuo formicario. dicit eni. Mo
dus tollendi maleficiū: aut ſe vindicandi in
malefico talis practicat̄ interdū modus. Ue
nit enim aliqs leſus in ſe vel in ſuis ad male
ficam ſciſſitans ſcire malefactorē tunc male-
fica plumbū liquefactū: aliquotiēs fundebat
in aquā quſqꝫ ope demonis in plumbo ima
go aliqua videret̄. Qua viſa malefica q̄ſiuit
ab explorante. in qua pte vis ledi maleficum
tuū et in eodē vulnere eum agnoſcere. cumqꝫ
explorator locū eligeret ſtatim malefica in ea
dem parte imaginis q̄ in plumbo relucebat
fixurā vel vulnus per cultrū poſuit et locuz
vbi reum inueniret indicauit. nomē tn̄ nulla
tenus manifeſtauit. ſed experientia teſte ma-
leficus per oia ledi reperiebat̄ ſicut ſua ima-
go plumbea demonſtrabat. Hec inquā reme
dia et ſimilia vtiqꝫ iudicant̄ illicita ꝙ̄uis hu
mana fragilitas ſub ſpe venie cōſequende a
deo. ſepius his inuoluitur plus eſtuans pro
ſanitate corporis ꝙ̄ aīe. Secundū vero remē
dium. De ipis maleficis maleficia diſſoluen
tes ſub expſſo pacto cum demone inito abſ-
qꝫ nocumento perſone. et quidez de eis quid



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

agendum ſit et qualiter cognoſcunt̃ infra in
ſedecimo mõ ſententiandi patebit. hi enim q̃s
plures exiſtũt et ſemꝑ infra vnũ aut duo mi-
liaria teutbonicalia reperiunt̃ in quo ſpacio
quicq̃d alie malefice ledũt hoc illi curare vi-
dentur. quas etiã curatões aliq̃ ſimpliciter q̃
ad omne tp̃s. alique vero tm̃ a ꝓxima anga
ria leſos maleficijs curare ſe iactitãt. aliq̃ ve-
ro nõ niſi in cõſenſu maleſice. que maleficiũ
intulit curare pñt. et he notant̃ ſuꝑ expreſſuȝ
pactũ cũ demone initũ ꝓpter hoc ꝙ occulta
manifeſtare ſolẽt illis q̃ cauſa ſanitatis recu-
perande ipas accedunt. ipſis enĩ cauſas ſue
calamitatis ſubito manifeſtãt dicẽtes ꝙ ꝓpter
brigas et rixas cũ vicina vel alia muliere aut
viro habitas leſa fuerit in ſe vel in ſuis atti-
nentibꝫ. q̃ etiã ad occultandũ ſua flagitia in-
terdum ꝑegrinationes vel alia pietatis opa
iniungũt. quas quidẽ accedere ꝑ recuperan
da ſanitate tãto ꝑnitioſius exiſtit q̃to ꝑ illis
qui ſolũ per pactũ tacitũ curare vident̃ in cõ
tumeliã fidei amplius delinquũt. Si enĩ dũ
ex vna ꝑte ſanitatẽ corporalẽ deo preponũt
ex altera ꝑte ſibi ipis in vindictã criminis vi
tam deo ꝑcutiente abbreuiãt. ſic enĩ in ſaul di
uina ſeuit vltio cũ primo magos et ariolos
abſtuliſſet de terra. poſtea cõſuluit vnde et in
bello occiſus cũ filijs fuit. i. Re. xxviij. et ꝯl
pa tangit̃. i. Paral. x. ꝓpter hoc etiã ochoſias
infirmus mori habuit. iiij. Re. i. tales etiam
viſitatores maleficarũ infames ſũt nec ad ac-
cuſatione̅ debent admitti. ij. q. viij. quiſquis
nec. Item tales ſm̃ leges debẽt pena capitis
plecti. vt in prima q̃ſtione opis tactũ eſt. Sȝ
heu dñe deus cum oĩa iudicia tua iuſta ſunt
q̃s liberabit pauperes maleficiatos et in cõti
nuis doloribꝫ eiulantes peccatis noſtris exi
gentibus inimic⁹ nimis ꝓualuit vbi ſunt q̃
licitis exorciſmis illa opa diaboli diſſoluere
valeãt. hoc vnicũ ergo ſuꝑeſſe videt̃ remedi
um vt iudices eorũ inſultus adminus refre-
nant varijs penis auctrices maleficas caſti-
gando. vnde et infirmis facultas viſitandi
maleficas amputabit̃. ſed heu nemo ꝑcipit
corde oẽs q̃ ſua: nõ q̃ ieſu xp̃i ſunt querẽtes.
Illa enĩ malefica in rychẽhoffen de q̃ ſupra
mentio facta eſt adeo aſſiduis frequentabat̃
ꝓ recupranda ſanitate maleficiatis. ꝙ comes
caſtri: thelonei lucrũ habere voluit ita ꝙ q̃li-
bet maleficiatus in ſe vel in ſibi attinentibus
denariũ vnũ in introitu porte ſoluere habe-
bat. vnde et magnũ exinde ſe habuiſſe puen-
tum aſſeruit teſte etiã experientia didicimus
plures tales ꝑ dioceſim cõſtant̃. exiſtere: non
ꝙ ipa p̃ alijs dioceſibus ſit infecta cum hoc
genus infidie ſerpit ꝑ oẽs dioceſes ⁊ heu to-
tum mundũ infeciſſe videt̃. ſed qꝛ ipa dioce-
ſis amplius elaborata fuit et quidam hengſt
noĩe repertus qui maiorẽ cõcurſum et quoti
dianũ a maleficiatis pauꝑculis habere cerni
tur. quẽ etiã ꝯcurſum ſic oculis noſtris ꝑſpe
ximus in villa quedã eningen ꝙ ſine dubio
ad quecũqꝫ loca beatiſſime virginis ſiue aq̃ſ
grani ſiue ad heremitas tantus pauperũ cõ-
curſus nõ exiſtit ſicut ad eundẽ ſuꝑſtitioſum
hoĩem. nã hiemali et frigidiſſimo tp̃e dũ pre
abundantia nimiũ oĩs via regia et publica
obſtruit̃ adhuc a circumiacentibꝫ terris ad
duo vel tria miliaria cũ magnis hoĩm fatiga
tionibꝫ frequentat̃. quibuſdã remedia ꝑcipiẽ
tibus. alijs vero minime vt reor ꝙ non eque
oĩa maleficia diſſolui ꝓpter varia vt ſupra ta
ctum eſt obſtacula pñt. et hi quidẽ ſub expſſa
demonũ inuocatõne maleficia diſſoluẽtes q̃
ad ſm̃ remediũ illicitũ: nõ tamẽ ſicut primũ.
Terciũ vero remediũ qđ quibuſdã ceremo-
nijs ſuꝑſtitioſis practicat̃ nõ tñ in nocumen
tũ alicui⁹ ꝑſone. aut ꝑ manifeſtos maleficos
agitat̃ experiẽtia teſte ꝑ hunc modũ. In ciui
tate Spirenſi mercator quidã forenſis hũc
caſum ſibi accidiſſe ꝓpoſuit. In ꝑtibus inq̃t
ſueuie in quodã caſtro nobiliũ me degente:
quadã die dũ peracto prandio aſſociat⁹ duo
bus domicellis. ſolatij cauſa ſuꝑ pratũ ince-
derem quedam mulier obuiando: dũ a remo
tis adhuc incederet et a duobus domicellis
agnita fuiſſet vnus eorȝ ad me hec verba ꝓ-
tulit. munias te cito ſigno crucis et ſimiliter
ad idẽ alius ab alio latere hortabat̃. At ego
cauſam huius timoris inquirẽs. Reſponde
runt. En peior malefica totius ꝓuincie iam
nobis obuiã dat ipa enĩ ſolo viſu maleficiare
hoĩes nouit. Tunc ego ſtomachando et nũ
q̃ȝ tales timuiſſe me iactitabã ecce vix verba
cõpleui: et me grauiter in pede ſiniſtro leſum
perſenſi ita vt ſine graui dolore de loco fige-
re pedẽ nõ potui aut greſſum vnde et alij cõ-
cito e caſtro per nunciũ mihi equũ deſtinan
do ad illud reducũt doloribꝫ autẽ ꝑ triduũ
augmẽtatis ꝑfati incole intelligẽtes maleficio
me infectũ quendã ruſticũ ad ſpaciũ vni⁹ mi
liaris accedũt et caſum ꝓponũt. quẽ nouerãt
per artẽ quendã maleficia tollere qui cõcito
veniens et pedẽ ꝑſpiciens ſi inq̃t ex vobis cõ
tigit aut naturali defectu experimentũ capiã
et ſi quidẽ ex maleficio accidit cũ dei adiuto-
rio curabo. ſin autem remedijs naturalibus
opus erit inſiſtere. At ego ſi abſqꝫ ſuꝑſtitio-
ne et cum dei adiutorio curari potero libens
acceptabo. quoniã cũ demone nihil ꝯmune

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
0 1 2 3 4
Kodak
Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

habere volo. nec eius adiutoꝛium affecto. ad
idem et ipe villanus reſpondit ſe nō velle ni
ſi licita remedia et cū dei adiutoꝛio adhibere
et curare. dummō experientia didiciſſet hoc
per maleficiū mihi contigiſſe. ad q̄ duo aſſēſ
ſi ille plumbū vt ſup̄ de alia malefica tactū eſt
liq̄factū in coclearí ferreo ſupꝛa pedē tenuit
et in ſcutellā aqua plenā fudit. ꝛ ſubito diuer
ſarum rerū ſpecies ꝓpperunt ac ſi ſpine vel
pili aut oſſa et ſimilia fuiſſent intromiſſa. Jā
inquit video ꝙ infirmitas hec nō ex natura⸗
li defectu: ſed maleficio vobis ↄtigit. At ego
quomō talia ex plūbo liquefacto ſcire poſſet
dum inquirerē. Ecce inquit ſeptē ſunt metal
la ex ſeptē planetis ꝛ quia ſaturnus domina
tur plumbo eius ꝓprietas eſt vt ſi plumbum
ſuper maleficiū aliqō fuſum fuerit per ſuum
influxum maleficium demonſtrabit. et bene
inquit actum eſt vt cito remediū adhibeatur.
quia tot diebus vos viſitare habeo quot ſub
maleficio ſtetiſtis. ꝛ interrogare quot dies e⸗
lapſi fuiſſent. iam triduo faſſus ſum vnde et
ipe ſingulis diebꝫ ꝑ triduū me viſitando et
pedē inſpiciendo ſolū et tangendo et cuncta
verba penes ſe ruminando integre ſanitati
fugato maleficio me reſtituit. Hic certe mo⸗
dus actorē nō mōſtrat maleficū ſicut modū
ſuperſtitioſuꝫ. in eo enī ꝙ dei adiutoꝛio et nō
ope diaboli ſanitatē ꝓmiſit. et hoc ꝙ ſaturni
influxum ſuper plumbum tanꝗ̄ ex eius do⸗
minio cauſatum allegauit irrepꝛehenſibilis
extitit et potius commendandus fuit. Sed
qua virtute maleficium fugauit ꝛ ſpecies re⸗
rum in plūbo cauſauit ſub dubio relinqui⸗
tur. Nam cum maleficiū nulla virtute natu
rali poſſit ammoueri licet mitigare valeat. vt
inferius de obſeſſoꝝ remedijs patebit. potiꝰ
videt̄ ꝙ per aliqō pactū ad minus tacitū cū
demone initū hoc practicauerit. et dicit̄ hic
pactū tacitum quādo adminus auctoꝛ tacite
in aſſiſtentiā diaboli cōſentit. per quē modū
innumera ſuperſtitioſa opera practicant̄. li⸗
cet differenter quo ad diuinā offenſam cū in
vno opere maioꝛ ſit creatoꝛis offenſa ꝙ̄ in al
tero. In eo enī ꝙ de ſanitate ꝓcuranda certꝰ
fuit: et in eo ꝙ tot diebꝫ quot ſub infirmitate
extiterat ipm̄ viſitare habuit nec aliq̄bꝫ me⸗
dicaminibꝫ naturalibꝫ vſus fuit. et tñ iuxta
pꝛomiſſa egrotum ſanitati reſtituit. nō tam
ſuſpectus ꝙ̄ vt manifeſte depꝛehēſus ad mi⸗
nus licet nō ſup̄ expꝛeſſum initū cum demo⸗
ne pactum tamē iudicatur et tanꝗ̄ ꝓ cōuin⸗
cto haberi et penis adminus in ſecundo mō
ſententiandi infra cōtentis. ſed puniri debet
cum abiuratione ſolemni niſi leges que in cō
traríū ſentire videntur ipm̄ ſuſtentarent. In
quo caſu quid oꝛdinario ſit faciendū in ſolu
tione argumentoꝛū patebit poſtea. Quartū
vero remediū tolerandū et de quo canoniſte
adminus intendunt cum certis theologis
dicit̄ vanum tantū et pꝛeciſe. puta quia ſolū
ſuperſtitioſum et nō ſub aliquo pacto expſſo
vel tacito ex intentione et ꝓpoſito practican⸗
tis operatum et dico ad minus. quia foꝛtaſ⸗
ſis ſi velint etiaꝫ tercium remediū huic quar
to adiungere. potius videtur nobis eoꝛum
aſſertioni cedere ꝙ̄ cōtentionibus deſeruire.
et hoc quidem remediū vanum: ſuperius ex⸗
emplificatū de mulieribus que vrceolum ſu
pꝛa ignem poſitū percutiunt in finem vt ma⸗
lefica que vaccā vbertate lactis priuauit ver
beretur. licet foꝛtaſſis talia ī no īe diaboli
facere habeant. aut foꝛtaſſis ſine eius expꝛeſ⸗
ſione. Ad idem poſſunt et alia earum geſta
adduci. Nam interdū vbi vaccas huiuſmo
di leſas ad paſcua emittere voluut. explozare
etiam ipam maleficā nituntur. tunc bꝛacam
viri vel aliud immundū ſuper caput aut doꝛ
ſum vacce. et hoc potius feſtiuis diebus ꝛ ſa
cratioꝛibus ipam vaccā cum baculo foꝛtaſ⸗
ſis iterū ſub tali vt ſupꝛa expꝛeſſione percu⸗
tiendo expellunt. et tunc vacca recto tramite
ad domum malefice ꝓperat et coꝛnua in eius
oſtium vibrat cum magno eiulatu continue
pulſando. et hec vtiqꝫ diabolꝰ in vacca ope⸗
ratur tamdiu quo per alia maleficia ſedatur.
Reuera ꝛ ſi ſcḋm p̄fatos doctoꝛes talia ſint to⸗
leranda. nō tamen meritoꝛia vt quidam aſſe
rere conantur exiſtunt. cum enī iuxta apoſto
lum omnia que in verbo aut opere facimus
in nomine domini noſtri ieſu chꝛiſti facere p̄⸗
cipimur. licet ibi nō ſit expꝛeſſa demonis in⸗
uocatio. tamē eius nominis expꝛeſſio. ꝛ ite
rum licet ibi nō ſit intentio per pactū aliqō
tacitum vel expꝛeſſum talia facere. quia foꝛ⸗
taſſis dicet. volo hoc facere ſiue diabolus in
tromittat ſe ſiue non. ipa temeritas qua diui⸗
num timoꝛē poſtponit deum offendit. vnde
et diabolo poteſtatē talia faciendi permittit.
inducendi ergo tales ſunt ad penitentiaꝫ et
hoꝛtandi vt potius deſiſtant. et ad remedia
infra ſcripta et ſuperius etiam in parte tacta
per vſum videlicet aque benedicte et ſalis ex⸗
oꝛcizate ꝛc̄. recurrant. Simili modo iudicā⸗
dum de illis quibus dum aliquod iumentū
maleficio interimit̄ et exploꝛare maleficum
aut etiam ſi naturali defectu vel maleficio ſit
interemptum vbi nituntur ad loca vbi cada
uera beſtiarū excoꝛticant̄ ꝓperant et inteſtina
cadaueris ſuper terram trahendo vſqꝫ ad do⸗



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

mum deferunt nõ autẽ intra domũ per hoſti
um ſuper ſed ſub limine domus ad coquinã
trabunt:et igne facto ſuper cratem inteſtina
ponunt.et tunc vt ex relatu talia practicanti
um ſepiſſime informati ſum⁹.ſicut inteſtine
caleſiunt et ardent:ita inteſtine maleſice calo
re et doloribꝫ cruciant̃.aduertunt ergo illi ex
ploratores vt hoſtiũ domuſ optime ſit obſtru
ſum eo ꝙ p̃ doloribus maleſica ad introitũ
feſtinabit domus.et ſiquidẽ introitum habe
bit carbonẽ de igne auſert et tunc omnis cru
ciatus effugatur.repertũ deniqꝫ ſepius noui
mus ꝙ vbi introitũ habere nõ poterãt extũc
denſiſſimis tenebris domũ intus ⁊ extra val
labant.cum cõmotione tam horribili et ſtre-
pitu vt ex ruina domus omnes ſe tandẽ in-
terire putarẽt niſi oſtium aperiret̃. Ad idem
etiam certa experimenta reducunt̃.nam cer-
ti volentes e multitudine mulierũ in eccleſia
exiſtentiũ experiri maleficas que etiã ſine co
rum conſenſu eccleſiã diuinis peractis exire
nõ valeant tali experimento inſiſtunt. Nam
die dominico ſotularia iuuenum ſungia ſeu
pinguedine porci vt moris eſt ꝓ reſtauratio
ne fieri perungunt.et ſic vbi eccleſiã intrant
tamdiu maleſice exire eccleſiã non poterunt
quo adusqꝫ exploratores aut exeunt aut illis
licentiam ſub expreſſione vt ſupra exeundi cõ
cedant. Simile fit etiam per certa verba que
annotare nõ expedit ne quis ꝑ diabolũ ſedu
catur. Nã nec iudices aut preſidentes his in
fallibilẽ fidẽ aut opinionẽ accomodare dñt
niſi talis ꝑſona alias plurimũ eſſet diffama-
ta.cũ ſub tali pretextu ille mille artifex etiam
innoxias infamare poſſet. Vñ potius auer-
tendi ſunt homines a talibus exꝑimentis et
ſalutares pnĩe iniungẽde licꝫ interdũ tolle-
rant̃. Per hec patet reſponſio ad argumenta
que cõcludũt maleficia nõ eſſe tollenda.quia
primis duobꝫ modis omnino illicitũ eſt tol-
lere tertiũ remediũ ſecundũ leges .et ſi tolle-
rat̃ tñ nõ paruã ſuper eccleſiaſticus iudex de
bet habere aduertentiã. Nã ꝙ leges vident̃
tollerare patet. C.de maleficiis. l.eorũ.vbi ſic
habet̃. Alij aũt qui faciũt id ne labores hoi-
nũ ventoꝝ grandiniſqꝫ lapidatione ſternunt̃
nõ pena ſed premio digni ſunt. Et Antoni⁹
in ſumma de legibꝫ in quibꝫ ius canonicũ et
ciuile diſcrepant hoc idem allegat,ex quo vi-
det̃ ꝙ cõcedunt leges ꝓ cõſeruatione frugũ
et iumentoꝝ in omnẽ euẽtũ poſſe certos hoĩ
nes talia practicãtes nõ ſolum tollerare ſed ⁊
premiare. Erit ergo eccleſiaſtici iudicis ad-
uertere ſi tantummodo iuxta mentẽ legis cõ
tra grandines et aeris temperiẽ:modis con-
grũis vt inferius patebit.aut etiã quibuſdã
ſuperſtitioſis ꝓcedit.et tunc dum inde nullũ
ſequit̃ fidei ſcandalũ etiam tollerare.ſed reue
ra hoc nõ erit iuxta tertiũ ſed quartũ modũ
⁊ quintũ de quo conſequenter tractandũ erit
de eccleſiaſticis et licitis remedijs inſerendo
interdum de ſuperſtitioſis ad quartum mo-
dum pertinẽtibus.et hoc per capitula ſequẽ
tia.

¶ Remedium eccleſiaſticũ cõtra incubos et
ſuccubos demones.

Capitulum.i.

Quia vero in precedentibꝫ capitu-
lis prime queſtionis ſuper modoſ
maleficiandi homines. iumenta ⁊
terre fruges.tacta ſunt ante omnia
ea que ipe maleſice erga ꝓprias perſonas pra
cticant qualiter videlicet innoxias iuuencu-
las in augmentũ ſue ꝑfidie alliciunt. qualis
etiã modus ſit ꝓfitendi earũ et omagiũ pre-
ſtandi.qualiter etiã infantes ꝓprios aut alie-
nos demonibus offerũt.et quõ localiter trãſ
ferantur. Hec inquã et ſimilia remediare:qꝛ
nõ eſt poſſibile niſi vt per ſuos iudices de me
dio tollantur.aut ad minus in exemplũ oĩm
futuroꝝ puniantur.ideo de hmõi remedijs
nõ ad p̃ſens ſed in vltima pte operis.vbi vi-
ginti modi ꝓcedendi et ſententiandi cõtra et
ſuper maleficarũ ꝑſonas deducent̃ tractabit̃
Ad p̃ſens tñ ſuper remedia cõtra earũ male
ficiales effectus tendere oportet et primo q̃li
ter homines maleficiati remediantur. demũ
qualiter beſtie:et vltimo qualiter fruges ter-
re ꝯſeruantur. De hoibus vero maleficiatis
quo ad incubos demones vel ſuccubos.qꝛ
ſunt in triplici genere ſed earum que ſe volũ
tarie demonibus incubis ſubijciunt vt ſunt
maleſice.quia de ſuccubis quo ad viros nõ
ita voluntarie practicatũ reperit̃.cum ex na
turali vigore rõnis quo viri mulieribus pre-
eminent:talia plus abhorrent.eſt et eorũ qui
a maleficis cum incubis aut ſuccubis cõtra
eorum voluntatẽ inuoluunt̃.et eſt terciũ ge-
nus et hoc precipue virginũ quarundã que
cõtra earum omnino voluntatẽ ab incubis
demonibus moleſtant̃. de quibus etiã ſepe
preſumit̃ ꝙ a maleficis ſic maleficiant̃.puta
quia demones ad inſtantiã maleficarũ ſicut
ſepiſſime alias infirmitates immittere ſolẽt.
ita et incubos illis ꝑſonis ſe facere habẽt vt
vel ſic eos ad ſuã ꝑfidiã allicere valeãt. Po-
nimus quedã exempla. Eſt in ciuitate cõfluen
tia pauper quidã ſic maleficiatus ꝙ in pñtia
vxoris omnẽ actũ venereũ ꝓut viri cũ mulie
ribus agere ſolẽt etiã repetitis vicibus per ſe

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

exercet. nec ab illis ad inſtantiaꝫ et eiulatum
mulieris auerti pōt. quia vno aut tribꝰ acti-
bus expletis verba replicat. volumꝰ iterum
denouo et iterum de nouo inchoare. cū tamē
nulla pſona corporali viſu cernat̄ ei ſuccum
bere. fitqꝫ vt poſt diuturnas hmōi vexationes
paup ille colliſus in terrā oībus viribꝰ deſti
tuit̄. et dum poſt aliquarū viriū recuperatio
nem interrogat̄ quō et qualiter iſta ſibi ꝯtin
gant. ⁊ an ne pſonā ſuccubantē habuerit. Re
ſpondere ſolet ſe mihi videre: ſꝫ ita mente ca
ptiuatū vt oīno abſtinere nō valeat. et quidē
ſuper hoc maleficiū mulier quedaꝫ plurimū
habet̄ ſuſpecta ꝙ ei intulerit eo ꝙ illi paupe-
ri minata fuerit p verba cōtumelioſa: ꝙ ipm
propter diſplicentiā ſibi factā expedire vellet
ſed legū et executores iuſticie non aſſunt qui
ſaltim ſuper diffamiā et grauē ſuſpitionē in
vindictā tanti criminis ꝓcederent. putātes
nemīnē debere cōdemnari niſi qui ꝯfeſſione
propria aut trium teſtium ꝓductione legiti
ma conuincatur. quaſi indicia facti aut eui-
dentia ſup graues aut violentas ſuſpitiones
nullas mereantur penas de quibus tamen
modis ſententiandi inferius vt premiſſum
eſt patebit. De ſecundo vero genere quo pu
elle ab incubis demonibus moleſtantur.
Etiam noſtris temporibus referre nimis lō
gum foret: cum hiſtorie certe de ſimilibus
exiſtant referte. Sed cum quāta difficultate
talia remediari poſſint patere pt ex his q̄ tho
mas brabantinus circa finē opis ſui de api-
bus: de quadā in hunc modū refert. Uidi in
quit et in cōfeſſione audiui virginē quandā
in religioſo habitu que primo dixit ſe nunqꝫ
in cōcubitū ꝯſenſiſſe per hoc tn̄ dat intellige
re ſe cognitā fuiſſe at ego nō credens. artaui
eā rōnibus et duris cōminationibꝰ ſub picu
lo aīe ſue. tandē cū lachrymis ꝯfeſſa eſt ſe pri
us corruptā mente qꝫ corpore. et cum poſtea
doleret quaſi ad mortē et cōfiteret̄ omni die
cū lachrimis nō potuit tn̄ ingenio ſtudio vel
arte ab incubo demōe liberari. nec ſigno cru
cis nec aqua benedicta: que tn̄ ſpecialiter ad
fugandos demones ordinant̄. nec ſacramen
to xpi corporis ipis etiā angelis terrifico do
nec poſt plures annos orōne ꝛ ieiunio pie lu
cardis fugaretur. et eſt credibile ſaluo me-
liori iudicio. ꝙ poſtqꝫ de peccato ſuo dolens
cōfitebatur: potiꝰ ei cōcubitus demonis pe-
na culpe qꝫ culpa fuit. Hec etiā cū in vigilia
penthecoſten q̄rularet̄ apud criſtinā in valle
duciſſe brabantie monialē deuotā que mihi
hoc retulit ꝙ nō auderet cōicare ꝓpter demo-
nis importunā vexationē. cōpatiens dixit ei
criſtina. Uade quieſce ſecura cōicatura cras
dominico corpore. ego in me recipiā penam
tuā. Recedens illa gaudens dormit in pace.
ad orationē de nocte ſurgit mane cū oī tran
quillitate ſacramēta ſuſcipit. Criſtina autē
ſuſceptā in ſe penā nō ponderās, veſpere quie
ti ſe dans. audit in ſtratu ſuo quaſi ꝓcellam
cōmouentē ſe: et inquietius agitantē. nec ſu-
ſpicans demonē. arrepto colo fugare nitit̄
quicquid eſſet. decumbit iterū. ſed pauida: ve
xata ſurrexit et hoc pluries. tandē ſenſit ⁊ vi
dit euerſis fere ſtraminibꝰ ꝙ demonis nequi
tia vexaret̄. Dimiſſo ergo lecto noctem ducit
inſomnē: et orare volens demonis cruciaba
tur inſultu et vt dixit nunqꝫ talia paſſa fue-
rat: vnde p̄dicte mulieri mane. Renuncio in
quit renuncio pene tue: vix ſine vite diſcri-
mine violentiā tentatoris peſſimi euaſi. Qua
ex re perpendit̄ difficile eſſe hmōi remediare/
ſiue maleficio/ſiue abſqꝫ eo cōtingat. Sunt
tn̄ adhuc aliqua p que fortaſſis ipi demones
fugantur. de qbus ⁊ nider in ſuo formicario
Liceteni vt ibi refert quinqꝫ modis valeant
puelle et viri liberari vicꝫ per ſacramentalē
cōfeſſionē ⁊ ſanctā exercitationē in crucis cō
ſignatione vel angelica ſalutatione. Tercio
per exorciſmorū applicationē. Quarto p certi
loci mutationē. et per cautā ſanctorū excōmu
nicationē: et ex p̄miſſis patuit ꝙ prima duo
moniali nō ꝓfuerunt. nō tn̄ ꝓpterea obmittē
da ſunt. quod enim vni eſt remediū nō ꝓpter
hoc ſequit̄ qd̄ et alteri. ita et ecōuerſo. Nam
et incubos ſepe p orationē dominicā aut a-
que aſperſionē. vel etiā per angelicā ſaluta-
tionē fuiſſe repulſos. hiſtorie tradūt. Refert
enim Ceſariꝰ in dialogo ſuo ꝙ ſacerdos qui
dam poſtqꝫ ſe ſuſpenderat eius ꝯcubina mo
naſteriū intrauit et per incubū ad luxriā ꝓ-
cata eſt. quē tn̄ p crucis cōſignationē repulit
et p aque benedicte aſperſionē: licet ſtatim po
ſtea rediit. Quādo aūt angelicā ſalutationē
dicebat: longe velut ſagitta diſparuit et receſ
ſit ſed interdū rediit. licet ꝓpe accedere eā non
auderet. Item de tercio vicꝫ per ſacramenta
lem cōfeſſionē patet p eundē Ceſariū qui di-
cit ꝙ cōcubina antedicta cū iam cōfeſſa eſſet
pure in toto derelicta eſt ab incubo. Refert
idem ꝙ quidā vir in leodio paſſus incubum
cōfeſſione ſacramētali finita totaliter libera-
tus eſt. Ponit inſup exemplū de quadā inclu
ſa quā incubis nec oratione nec ꝯfeſſione nec
propter aliud ſpirituale exercitiū reliqt quin
eius lectū aſcenderet: ſed cum ad informatio
nem cuiuſdā viri religioſi diceret benedicite,
ſtatim eam demon reliquit. De quarto loc



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

videlicet mutatione. dicit qui prius. ꝙ filia cuiuſdã ſacerdotis ſtuprata per incubũ et facta ex dolore frenetica. trans renũq; elongata ab incubo dimiſſa eſt. ſed pater eius q2 a loco filiã depoſuerat a demone ꝑcuſſus eſt adeo vt moreretur in triduo. Fit et mẽtio de quadã que per incubũ crebro in lecto vexata ꝓprio. cõſociam deuotã petijt vt loco vexate iaceret quod cum feciſſet tota nocte quaſdã inquietudines grauiſſimas ſenſit et prior tũcq; quieta fuit. Notatur etiam a Guilhelmo ꝙ incubi plus vexare videntur mulieres et puellas pulcros crines habentes. ideo quia aut cure aut ornatui criniũ nimiũ incumbunt hm̃oi. aut quia per crines viros inflammare cupiunt vel cõſueuerunt. aut quia in eis inaniter gloriantur. aut quia diuina bonitas hoc ꝑmittit vt terreantur mulieres viros inflammare per ea que etiã demones inflammari viros volunt. De quinto de excõmunicatione que fortaſſis aliquãdo eadẽ eſt exorcizationi. patet in legenda ſancti bernardi. In aquitania ſiquidẽ mulier ab incubo ſex annis incredibili ab vſu libidinis vexata. audiuit ſibi incubum ne ad virũ ſanctum qui ventur⁹ erat appropinquaret minantẽ. Nihil inq̇t tibi proficiet ſed eo recedente tuus crudeliſſimus ero perſecutor qui actenus tuus amator extiti. Que cum virũ ſanctũ bernardũ inuocaret: reſpondit. Tolle meum baculũ et lecto tuo infige: et faciat malignus qđ poteſt. hoc cũ feciſſet: demon camerã femine nõ eſt auſus intrare ſed foris minabatur atrociſſime ſe eã velle perſequi bernardo recedente. Quo ꝑ feminam audito cõuocat populũ beatus bernardus omnes iubet accenſas candelas geſtare in manibus et demonẽ cum vniuerſo q̃ aderat cetu excõmunicauit. ac ne ad illã vel aliã deinceps acceſſum habeat interdixit. et ita illa plane liberata eſt. Uerum hic notandũ ꝙ poteſtas clauiũ cõceſſa petro et ſuis ſucceſſoribus quia ſonat ſup terrã et tm̃ ꝓ viatoribus hec iuriſdictionis poteſtas ſit in remediũ eccleſie ꝯceſſa. mirũ videtur ꝙ ⁊ aeree poteſtates hec iuriſdictione valeant arceri. Sed dici poteſt ꝙ quia ꝑſone que a demonibus moleſtãtur: ſunt ſub iuriſdictõe pape et clauiũ. nõ mirum ſi per indirectũ hm̃oi poteſtates vigore clauium arceantur. ſicut etiã indirecte animas poteſtate clauiũ a penis purgatorij ignis abſoluere pt. nõ obſtante ꝙ poteſtas illa ſonat ſup terrã ⁊ anime ſunt ſub terra. De poteſtate etiã clauiũ conceſſa capiti eccleſie ſcʒ vicario chriſti nõ eſt tutum diſputare. cum notũ ſit ꝙ tanta poteſtas ſit a xp̃o eccleſie et ei⁹ vicario cõceſſa q̃nta puro homini ꝯcedi a deo potuit et hoc in vtilitatẽ eccleſie. Hic etiam eſtimari poteſt ꝙ ſi egritudines a maleficis virtute demonũ inflicte excõmunicarentur cũ ipſis maleficis auctricibus et demonibus nõ adeo in ipſos infirmos ſeuirent. et ꝙ citius liberarentur adhibitis ſuper hoc et alijs exorciſmis licitis. In partibus denicq; athiſis vulgaris eſt narratio. ſimul ⁊ alijs in locis qđ dum diuina ꝑmiſſione locuſte volãtes cũ ingẽti multitudine. Uinctas frondes ſegetes et cuncta virentia eradicarẽt. huiuſmodi excõmunicatione et maledictõe fugate et ſubito interempte fuerunt. Et ſi ſanctificati viri quis aſſcribere velit/ et nõ virtuti clauiũ/ ſit in noĩe domini vnum ꝓ certo habemus ꝙ nec virtus miraculorũ nec poteſtas clauiũ. gratiã gratumfacientẽ de neceſſitate p̃ſupponunt. cum vtrunq; ex gratia gratis data ꝓcedat. Eſt et iterum notandũ ꝙ vbi nullum predictorũ remediorũ iuuat ꝙ tunc ad exorciſmos licitos ſit recurrendũ. de quibus inferius patebit ꝙ et ſi hi ad fugandũ demonis nequiciã nõ ſufficient: tunc reuera talis vexatio demonis eſt pena ꝓ peccatis ſatiſfactoria. ſi prout oportet ſuſtineatur in charitate ſicut et alia mala huius mundi que nos ſic premunt vt ad deum ire cõpellant. Uerum etiã aduertendũ ꝙ interdũ alique in veritate per incubũ nõ vexantur: ſed tantummõ ita ſe vexari putãt. et hoc ꝙ mulieribus p̃cipue et nõ viris cum alias ſint timide et mirabiliũ formarum in imaginatione ſuſceptiue. Unde et Guilhelmus ſepe allegatus. multe inquit de apparitionibus fantaſticis ex morbo melancolico in multis fiunt et in mulieribus maxime ſicut apparet de viſionibus et reuelationbus. Et cauſa in hoc eſt. vt norunt medici ipã natura muliebriũ aĩmarũ eo ꝙ longe faciliores et leuioris impreſſionis ſunt q̃ȝ anime viriles. et ſubdit ibidẽ. Scio me vidiſſe mulierem que credebat ſe cognoſci ab intus a diabolo ⁊ alia incredibilia ſe ſentire dicebat. Nõ nunq̃ȝ etiam impregnate ſibi videntur mulieres ab incubis et intumeſcũt vehemẽter ventres earũ. Et cũ partus tp̃s aduenerit ſola emiſſione multe ventoſitatis detumeſcũt. Nã de ouis formicarũ in potu ſumptis incredibilem ventoſitatẽ et tumultũ in ventre generant hominis. Similiter de granis catapucie et de granis arboriſq̃ dr̃ nigra pin⁹ ꝯſilia in ventre fiũt. Facillimũ eſt aũt demoni ſimilia ⁊ maiora in ventribus hoĩm ꝓcurare. Hec addita ſunt vt nõ facillime quis mulierculis fidem adhibeat. ſed illis duntaxat ſup qui-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

bus experimēta fidē fecerunt. vt de illis que didicerunt in ꝓprijs lectis. vel alio modo cō=dormientibus per experientiam talia vera eſſe.

## ¶ Remedia ꝓ illis qui circa vim generatiuā maleficiuntur. Capitulum .ij.

Licet mulieres in maiori numero ſint malefice ꝙ̄ viri vt in prima ꝑte operis oſtenſuꝫ eſt: tñ viri plus maleficiunt̄. et huius ratio eſt. qꝛ cum deus plus ꝑmittit ſuꝑ actū venereū per quē primū peccatū diffundit̄ ꝙ̄ ſuꝑ alios actus humanos. ſicut et ꝑ ſerpentes qui magis in=cantationibꝫ deſeruiūt ꝙ̄ alia aīalia. eo ꝙ dia=boli primū inſtrumentū. Et cū actus ille ve=nereus plus et faciliori mō poteſt maleficia=ri in viro ꝙ̄ in mulieri. ideo. Et quidē patet quod tactū eſt. Nam cum quinqꝫ modis de=mon in generatiuā potentiā pt̄ agere ꝛ illi mo=di citius ꝓcurantur in viris. Remedia adhi=benda ſuꝑ vnumquēqꝫ modū iuxta poſſibili=tatem ſunt deducenda. et ille qui viciatus eſt in tali potētia attendat: ſub quo modo ſuum maleficiū cōtineatur. Sunt aūt quinqꝫ mo=di iuxta petrū de palude in ſuo. iiij. di. xxxiiij. in ꝓceſſu hui⁹ maleficij. Nam demon ex hoc ꝙ eſt ſpiritus habet poteſtatē ſuper creaturā corporalē deo ꝑmittente. et ex cōditione na=ture ſue ꝑcipue ad motū localē vt illū ꝓhibe=at vel vt ꝓmoueat. Unde per hanc poteſtatē poſſunt corpora viri ꝛ mulieris impedire ne ſibi appropinquant: et hoc directe vel indire=cte. Directe quando vnū elongaret ab altero vel nō ſineret ad alterū appropinquare. In=directe qñ aliquod impedimentū ꝓcuraret: vel qñ ſe interponeret in corpore aſſumpto. ſicut cuidā iuueni pagano acciderat qui ido=lum deſponſauerat. et nihilominus cōtraxe=rat cum quadā iuuencula. nec ꝓpter hoc po=terat eam cognoſcere vt ſupra patuit. Scdo mō vbi hominē inflammaret erga vnā et re=frigeraret erga aliā. et hoc poſſet occulte ꝓcu=rare per applicationē quarundā herbarū aut aliarū rerum quas optime nouit ad hoc vali=das. Tercio mō vbi eſtimationē viri aut mu=lieris turbaret. qua redderet vnā perſonā al=teri exoſam. qꝛ vt ſupra patuit in prima ꝑte operis pt̄ in imaginationē imprimere. Quar=to modo reprimendo vigorē membri qui ad fructificationē neceſſario requirit̄. ſicut ꝛ mo=tum localē cuiuſcunqꝫ organi reprimere pt̄. Quinto ꝓhibendo miſſionē ſpirituū ad mē=bra in quibus eſt virtus motiua quaſi inter=cludendo vias ſeminis ne ad vaſa generatio=nis deſcendāt. vel ne ab illis vijs recedat. vel ne excidat̄ vel emittat̄. Quod ſi ꝗs dicat. neſcio ſub quo mō maleficiatū mihi illatū cōtineat̄ vnū ſcio ꝙ generatiua potentia erga vxorē meā careo. Reſponderi pōt. ſi potens eſt ad alias mulieres nō aūt ad ꝓpriam. tunc ſub ſe=cundo mō. quia de primo mō certificaret̄ ꝑ ſuccubū demonē. i. ꝙ ꝑ demones incubos et ſuccubos deluderet̄. Item ſi vxorē nō habet exoſam. et tñ nō pt̄ ipſam agnoſcere ſed bene alias: tunc iterū manet ſub ſecūdo mō. ſi aūt habet exoſam et nō pt̄ agnoſcere. tunc ſub ſe=cundo et tercio mō cōtinetur. Itē ſi nō habet exoſam vellet aūt cognoſcere: ſed nō habet vi=gorē mēbri tūc ſub quarto mō. Si ꝟo habet vigorē mēbri. ſed nō habet excīſionē ſeminis tunc ſub quinto mō. Modus ergo curandi patebit vbi declarat̄ ſi equaliter in charitate et extra charitatē exiſtētes his maleficiari va=leant. Et quidē ꝙ nō: dempto quarto modo qui tñ etiā rariſſime. accidere eñi pt̄ ꝗ in grā et charitate exiſtit ſic declarat̄. tñ lectori pre=ſupponit̄. ꝙ loquimur de actu cōiugali inter matrimonialiter cōiunctos. qꝛ alias impli=caretur cū oīs actus venere⁹ extra matrimo=nium eſt peccatū mortale et nō niſi ab his ꝗ extra charitatē exiſtunt exercet̄. Nā cum aſſe=rere oporteat ex totius ſcripture ſacre tradi=tione ꝙ demones magis ꝑmittunt̄ a deo ſeui=re in peccatores ꝙ̄ in iuſtos. licet legat̄ ipm iuſtiſſimū Iob fuiſſe ꝑcuſſum. hoc tñ nō fuit ſingulariter ſuꝑ potentiā generatiuā nec eti=am directe. ideo dicere oportet ꝙ quibuſcū=qꝫ talia maleficia inter matrimonialiter con=iunctos cōtingunt ſignū eſt ꝙ vel ambe ꝑſo=ne vel altera extra charitatē exiſtat. et quidē fundamentū hui⁹ ex ſcripturꝭ deducit̄ aucto=ritate et rōne. Nā angel⁹ dixit thobie. In il=los ꝗ libidini vacāt accipit demoniū poteſta=tem effectus demōſtrauit vbi ſeptē viros vir=ginis ſare occiderat. Itē caſſian⁹ in colla. pa=trū. diffinit beatus Antonius nullaten⁹ poſ=ſe demonē mentē cuiuſꝙ̄ vel corp⁹ inuadere niſi eā pri⁹ deſtituerit oībus cogitatōibꝫ ſan=ctis ac ſpūali ꝯtemplatōe vacuā nudāqꝫ red=diderit. hec ꝟba vtiqꝫ applicari pñt ſuꝑ male=ficium corpis vniuerſaliter ſuꝑ totū corpus cū iob tali maleficio ꝑcuſſus nō tñ nud⁹ a di=uina gratia fuit. ſꝫ ꝑticulariter qñ vicꝫ ꝑticu=lare maleficiū rōne alicui⁹ peccati accidit cor=pori. et hoc quidē nō pt̄ eſſe niſi pctm̄ incōti=nentie. Rō. nā vt dictū eſt ꝓpter feditatē illi⁹ actus. ꝛ qꝛ ꝑ ipm primū peccatū diffunditur deus plus ꝑmittit ſuꝑ ipm ꝙ̄ ſuꝑ alios hūa=nos act⁹ꝫ et inter matrimonialiter ꝯiūctos vbi diuino auxilio ꝓpter peccatū deſtituunt̄

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
0 1 2 3 4
Kodak
Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

amplius circa illam vim generatiuā maleficiari a deo ꝑmittunt. ꝙ ſi querit cuiuſmodi
ſint illa peccata dici pt ꝙ peccata incōtinentie que inter cognatos cum varia ſint. Juxta
illud Hiero. et habet in textu. Adulter eſt in
ꝓpriam amator ardentior ſimul et hmōi ama
tores amplius in predictis maleficiunt. Re
media ergo eccleſiaſtica ſunt duplicia. Unū
in foro cōtentioſo: alterum in foro cōſcientie
practicat. Primū ſi in iudicio allegat impo
tentia ex maleficio illata tunc diſtinguendū
eſt. quia talis impotētia aut eſt tpalis aut ꝑ
petua. Si tpalis nō impedit. tunc aūt ꝓſumi
tur eſſe tpalis qn̄ infra ſpaciū triū annorū co
habitantes. et ꝙtum poſſunt operā dantes.
ſiue ꝑ eccleſiaſtica ſacramēta ſiue ꝑ alia reme
dia ſanari pñt. Si vero nō ſanent aliquo re
medio extunc ꝓſumitur eſſe ꝑpetua. Jtē aut
ꝓcedit matrimonij cōtractionē et cōſumma
tionem. et ſic impedit cōtrahendū et dirimit
iam cōtractum. aut ſequit matrimonij cōtra
ctionem ſed nō ꝯſummationē. et eſt cōmuniſ
modus maleficiandi viros qui ſpernūt ama
ſias. tunc enī quia ſperabāt ſe matrimoniali
ter copulari et defraudant inferūt maleficia
viris: vt nec alijs cōmiſceri valeāt. in tali enī
caſu vt dicūt aliqui dirimit matrimoniū iā
cōtractum niſi ſub cōtinentia cohabitare ve
lint. vt maria et ioſeph. et habēt ꝓ ſe cāno. di
citur enī. xxvij. q. i. ꝙ cōiugium cōfirmat offi
cio ſcʒ carnis. vt dicit gloſa. Et parū poſt di
citur. ꝙ anteꝗ̄ cōfirmet impoſſibilitas offi
cij ſoluit vinculū cōiugij. Aut ſequit matri
monium cōſummatū: et tunc vinculū matri
moniale nō dirimit. Plura alia a doctoribus
notant. ſed qꝛ nō ꝓciſe ſunt pñtis ſpeculatio
nis. notant aūt in varijs ſcriptis doctorum
vbi de maleficiali impedimento trāctāt. ideo
hic eſt ſuperſedendū tantummō ſi q̄s difficul
taret quō actus ille poſſit impediri reſpectu
illius mulieris et non reſpectu alterius. Re
ſpondit Bonauen. hoc eſt vel quia ſortileg⁹
ad hoc reſpectu ꝑſone determinate diabolū
inuitauit. vel quia deus reſpectu ꝑſone cu
iuſlibet impedire nō ꝑmittit. Occultū enī iu
dicium dei hic latet vt in vxore thobie. quali
ter aūt diabolus hoc facere poſſit patet ex ꝓ̄
miſſis. dicit tñ hic Bonauen. ꝙ impedit ge
neratiuā: nō impedimento intrinſeco ledēdo
organū. ſed extrinſeco impediendo vſum et
eſt impedimentū artificiale non naturale. et
ita poteſt impedire ad vnā et nō ad alias. vel
tollendo exercitationē cōcupiſcentie ad illam
vel aliā. et hoc ꝑ virtutē ꝓpriam vel per herbā
vel per lapidē vel per aliquā creaturā occul
tam. et ſatis cōcordat cū dictis petri. Reme
dium vero eccleſiaſticū in foro cōſcientie tra
ditur. xxxiij. q. viij. ſi ꝑ ſortiarias. vbi ſic dici
tur. Si per ſortiarias atq; maleficas artes
nonnūꝗ̄ occulto iuſto dei iudicio ꝑmittente
et diabolo ꝓparante cōcubitus ſequit. Hor
tandi ſunt quibꝰ iſta eueniūt vt corde cōtrito
et ſpiritu humiliato deo ⁊ ſacerdoti de omni
bus peccatis ſuis purā confeſſionē faciant et
profuſis lachrymis et largioribus elemoſy
nis et orationibus atq; ieiunijs. dño ſatiſfa
ciant. Jn quibus verbis notat ꝙ tantummō
ꝓpter peccata et extra charitatē exiſtentibꝰ ta
lia cōtingunt. ſequit et per exorciſmos ac ce
tera eccleſiaſtice medicine munimina. mini
ſtri eccleſie tales ꝙtum annuerit domin⁹ qui
abymelech et domū eius abrae orōnibus ſa
nauit ſanare ꝓcurent. Unū ſummarie dicere
poſſumus ꝙ quinq; ſunt remedia q̄ talibus
ſic maleficiatiſ licite applicari pñt. vicʒ ſancto
rum aliquorꝝ limina ꝑegrinatio. et ibidē pec
catorū ſuorꝝ cum cōtritione vera cōfeſſio. ſi
gni crucis et orōnis deuote multiplicatio. ꝑ
verba ſobria licitā exorciſatio q̄ qualiter fie
ri debet inferius patebit. ⁊ cauta maleficij ob
latio facit ad hoc qđ ſupra de comite tactum
eſt qui cū per trienniū ſibi matrimonialiter
copulatā virginē cognoſcere nō potuiſſet.

¶ Remedia cōtra maleficiatos ſuper amorē vel odium inordinatum.

Capitulum. iij.

Sicut maleficiū in potētia generati
ua: ita et philocaptio et odium in
voluntate cauſantur. expedit pri
mo de eius cauſa: et tandē ꝙtū poſ
ſibile eſt de eius remedijs tranſcurrere. Phi
locaptio igitur ſeu amor inordinatus vnius
ſexus ad alterū triplici ex cauſa oriri pt. Ali
quādo ex ſola incautela oculorꝝ. aliqn̄ ex ten
tatiōe demonū ſolū. aliqn̄ ex maleficio nigro
manticorꝝ ⁊ maleficarū ſimul ⁊ demonū. De
primo dr̄ Jaco. i. Unuſqſq; tentat a ꝯcupi
ſcentia ſua abſtract⁹ ⁊ illectus deinde ꝯcupi
ſcentia cū ꝯceperit parit pctm̄. peccatū ꝟo cū
ꝯſummatū fuerit generat mortē. Sic ſichem
cū vidiſſet dinā exeuntē ad videndū mlieres
regionis illi⁹ adamauit eā ⁊ rapuit ⁊ dormi
uit cū illa et ꝯglutinata eſt aīa ei⁹ cū ea. Gen.
xxxiiij. ſm glo. Jnfirme aīe ſic accidit quādo
poſtpoſitis ꝓprijs aliena negocia curat. ſedu
citur ꝯſuetudīe et fit vna vnitate ꝯſenſus cū
illicitis. De ſcdo ꝙ oriat ex tentatōe demonū
principalit. Sic aman ſororē thamar ſpecio
ſiſſimā adamauerat ⁊ deperierat in ea valde
ita vt propter amorē eius egrotaret. ij. Reg.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

xiiij. nõ eni in toto tam corruptus eſſe potuit
mente vt in tantũ facinus ſtupri proſiliret. ſi
nõ grauiter a diabolo tentat⁹ fuiſſet. De hoc
etiã genere amoris refertus eſt liber ſanctoꝝ
patrũ qui refert omnẽ tentationẽ carnalis a=
moris ſibi in heremis ſubtraxiſſe. quoſdã q̇
tñ vltra q̃ credi põt amore mulierum tenta=
bantur aliquotiens. Vñ et. ij. Corinth. xij.
apl's dicit. Datus eſt mihi ſtimulus carnis
mee angelus ſathane qui me colaphiſet. vbi
gloſa. tentando per libidinẽ datus eſt mihi
ſtimulus. aiunt quidã. tentatio aũt tui nõ cõ
ſentitur nõ eſt peccatũ: ſed materia exercende
virtutis. hoc intelligit̃ de tentatione que ab
hoſte nõ a carne q̃ peccatũ eſt veniale etiã ſi
ei nõ cõſentiatur. De his varia exempla legũ
tur in varijs locis. De tercio ꝙ amor hereos
proueniat ex maleficijs demonũ et malefica
rum poſſibilitas hui⁹ maleficij ſupra in que
ſtionibus prime ptis. an demones p malefi=
cas mentes hoĩm ad amorẽ vel odiũ immu=
tare et incitare valeãt ad longũ deducit̃. p va
ria etiã geſta et acta a nobis reperta cõproba
tur. immo inter oĩa maleficia minimũ ppter
ſui generalitatẽ reputat̃. Ex ſi querit̃. petrus
philocaptus amore talis ꝛc. neſcit̃ an primo
ſecundo aut tercio mõ. Reſpondet̃: odiũ in=
ter cõiugatos cum crimine adulterij etſi ope
ratione demonũ fieri poſſit. vbi tñ ſi ſco car=
nalis ꝯcupiſcentie amoris. q̇s adeo inuolui
tur et ſuccendit̃ vt nulla cõfuſione plagis ver
bis aut factis ad deſiſtendũ cogi valeat. Itẽ
vbi quis ſepe pulcriorẽ dimittit vxorẽ et tur
piſſime adheret. Item vbi nocturno tpe nec
quieſcere valent: ſed ita dementant̃ vt p de=
uia queq̧ incedere habeãt. Optimates plati
ꝛ alij diuites ſepiſſime his miſerijs inuoluũ
tur. Eſt quidẽ hoc tps muliebre de quo hil=
degardus vt Vin. in ſpecu. hiſto. refert p̄di=
xit ꝙ nõ tamdiu durabit quantũ hucuſq̧ p=
ſtitit. cum iam mundus plenus ſit adulterijs
p̄cipue in optimatib⁹. et q̇d op⁹ ſcribere de re
medijs qui remedia abhorrẽt. tñ vt pio lecto
ri ſatiſfiat: aliqua breuiter tangam⁹. Super
philocaptionẽ ſine maleficio. Auicẽna ſeptẽ
remedia ponit q̃ñ vicz perſonã egrotare facit
ſed parũ iſta noſtre ſpeculationi niſi q̃tũ my
ſtice aĩe languenti deſeruiũt. dicit enim li. iij.
ꝙ ex variatione pulſus et ad nominationẽ a=
mati eũm ibi radix egrotationis habet̃. tunc
ſi lex ſuſtinet fiat copula per matrimoniũ. q̇
ſic ſanant̃ cum obeditur nature. Aut fiat ap
plicatio medicinaliũ de quib⁹ ibidẽ tractat ꝛ
docet. Aut vt egrotus amorẽ ſuũ de dilecto
per licita remedia ad aliud diligendum cõ=
uertat ꝙ priori preeligere debet. et ita fugere
p̄ñtiam amati. quia ſic diſtrahitur animus.
Aut etiã ſi corrigibilis eſt tribuletur hortet̃.
quod opus amoris eſt maxima miſeria. vel
dirigantur ad ipm qui q̃tum cum veritate ꝛ
deo poſſunt vituperent corpus et diſpoſitio=
nem dilecti et mores cũm transfiguratõe fa=
cierũ turpi ſeu difformi. Vel ſaltim vltimo
vt occupent̃ in rebus arduis et diſtractiuis
officijs. Reuera ſicut animalis homo p hu=
iuſmodi remedia ſanat̃: ita ad ſpiritualẽ ſin=
gula capiendo interiorẽ hominẽ reformant
obediatur legi mentis potius q̃ nature. cõ=
uertit amorem ſuum ad eternas delitias re=
cordetur q̃ momentaneũ ſit quod delectat et
eternum quod cruciat. querat delitias in illa
vita vbi ſic inchoantur ꝙ nunq̃ finiunt̃. cu=
ius qui amator eſſe noluerit et iſtam perdet ꝛ
illam nõ inueniet et eternis ignibus deputa
bitur ecce tria dãna irrecuperabilia ex amo=
re hereos p̄ueniẽtia. Super philocaptio=
nem vero ex maleficio remedia in precedenti
capitulo tacta nõ incõuenienter et hic appli=
cari poſſunt. precipue autẽ exorcizatio per ſa
cra verba q̃ ſibi ipi facere taliter maleficiatus
poteſt. Quotidie angelũ ſanctum ſibi ad cu=
ſtodiam a deo deputatũ inuocet. pura cõfeſ
ſione ſanctorũ limina precipue autẽ beatiſſi=
me virginis frequentet et ſine dubio libera=
bitur. Sed q̃ vituperabile vt barbati homi
nes donis naturalibus et virtutũ armis ab=
iectis ſeipos tueri rennuunt cum puellule ſe
piſſime inuicta infirmitate huiuſmodi male
ficia his armis p̄pulerunt in quarũ cõmenda
tionem vnum e multis in mediũ produca=
mus. Fuit in rurali villa quadam prope lin=
darve cõſtanſienſis dioceſis virgo adulta fa
cie pulcra et elegantior moribus in hui⁹ aſpe
ctu captus quidam vir leuis moribus cleri=
cus ferre ſolo nomine vtinã non ſacerdos.
qui vulnus ſue mentis vltra celare nõ valẽs
venit ad laboratoriũ dicte virginis et hone=
ſtis verbis ſe retihe demonis exhibẽs primũ.
tandem ad amorẽ ſui virginis auſus eſt ver=
bis dumtaxat p̄uocare animũ ꝙ illa diuino
inſtinctu percipiens intacta mente et corpo=
re reſpõdit viriliter. Domine cum verbis ta=
libus domũ meã nolite frequẽtare. alioquin
repulã ſuſtinebitis verecũdia mediãte. Cui
ille. Et ſi me diligere mõ rennuis verbis dul
cibus monita nõ poſt modicũ coacta opibus
me amabis tibi p̄mitto. Erat vir ille ſuſpect⁹
incãtator ꝛ de maleficio. Sꝫ verba hec virgo
p vẽto habuit nec ſcintillã amoris carnal' ad
vix in ſe ſenſit p tũc: ſꝫ euoluto nõ multo tpe

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

imaginationes amoroſas de viro illo cepit habere. Quõ illa pcipiens diuinitus inſpirata ad matrē miſericordie cōfugit et pro auxilio a filio impetrando deuotiſſime implorauit. Et ſtatim honeſtā ſocietatē requirēs peregrinari cepit ad locū heremitarū ſic enī noīatur eccleſia in honore ipſius genitricis miraculoſe cōſecrata in pfata dioceſi. In qua ſacramentaliter cōfeſſa: ne in ea aliquid inuenire poſſet malignus ſpiritus. et ad ipam matrē pietatis pcibus fuſis: ptinus oīs ceſſauit hoſtis machinatio ita vt eam poſtmodū nunq̄ȝ tangeret. Superſunt tn̄ adhuc et barbati viri a maleficis muliercula. importune ſuper hmōi ſollicitati q̄ſi nequaq̄ȝ a philocaptōne earū ſe cōtineri poſſent. qui tn̄ viriliter reſiſtētes q̄ȝtum ſe vltro pulſare illecebris imaginationibus ſentirēt. tn̄ etiā per preſidia pmiſſa cuncta machinamēta diaboli ſuperāt. Et vere ſpeculū huius pugne quidā iuuenis pdiues in oppido yſbruck. qui q̄ȝtuȝ a maleficis pulſatus fuit nec calamo exarari quis poſſet. ſemp virilē animū gerens per pfata remedia intactus euaſit. quare et merito cōcluditur pfata remedia cōtra hmōi morbū eſſe certiſſima ita ꝙ certiſſime ita liberant̄ quicunq̄ȝ his armis vtunt̄. et ꝙ de amore inordinato hoc et de odio cum oppoſitoꝝ eadē ſit diſciplina intelligendū eſt. licet aliqualis in modo maleficiandi cum ſit differētia etiā aliud remedium illa pſona que odio habet̄ reqrere debet. ipſe enī qui odio habet et in corde defert: non de facili ſi adulter eſt ad amorē vxoris etiā p quaſcūq̄ȝ peregrinatōes flectit̄. Et qꝛ relatu maleficarū cōpertum eſt ꝙ p ſerpentes hmōi maleficia ad odiū pcurant̄ eo ꝙ dum primū inſtrumentū erat diaboli et in ſui maledictionem recepit inimicitiā inter ipm et mulierem ideo et tales inimicitias ex ipis pcurare ſatagunt ponēdo pellē aut caput ſerpentis ſub limine hoſtij camere aut domus. vnde ⁊ oēs anguli domus ſunt pquirendi et innouandi quo ad inhabitationes q̄ȝtū poſſibile eſt. vel alienas inhabitare domos. Et quidē cum dictum ſit ꝙ ſeipos maleficiati exorcizare valeant intelligit̄ ꝙ verba ſacra benedictiones et carmina ſecū deferre in collo poterunt. ſiquidem legere aut ſeipos benedicere neſcirent: q̄ tamen qualiter facienda ſint in ſequentibus patebit.

¶ Remedia ſup eos quibus virilia membra preſtigioſa arte auferunt̄ et vbi interdū in beſtiales formas hoīes tranſmutant̄.

Capitulum .iiij.

Super eos qui preſtigioſa arte illuduntur vt ſe virili membro carere aut ī beſtiales formas trāſmutatoſ eſſe putāt quibꝫ remedijs ſubleuari valeant ex pmiſſis ſatis euidenter elicit̄. Nā cum tales omnino diuina gratia deſtituunt̄ ꝙ principiū in maleficiatis exiſtit fundamētum nō eſt poſſibile vt ferro manente in vulnere emplaſtrū curatiuū apponat̄. expedit ergo vt per verā cōfeſſionē deo ante oīa recōcilietur. Demum quia vt ſupra in ſecūda parte operis capitulo .vij. tactū eſt. talia mēbra nūq̄ȝ in veritate euelli aut ſegregari a corporibus. ſed tantummō pſtigioſa arte occultari ad ſenſum tactus et viſus. patuit etiā ꝙ huiuſmodi illuſiones in gratia cōſtitutis non ita faciliter nec actiue nec paſſiue cōtingunt vt vicȝ eis membra auferant̄ aut ꝙ in eorum viſiua potentia quaſi alijs ſint ablata deluduntur. ideo et remediū in eodē capitulo exprimitur cum ipo morbo vt vicȝ q̄ȝtum poſſibile ſit cum ipa malefica amice ſe cōponāt. Super eos deniq̄ȝ qui in beſtiales formas ſe tranſmutatos eſſe putant. Sciendum ꝙ hoc genus maleficij non ita in occidentalibꝫ ſicut orientalibꝫ regnis practicat̄. intellige q̄ ad ſecundas pſonas licet quo ad ꝓprias maleficarū pſonas. hoc ſepius apud nos viſum fuerit ipas vicȝ maleficaſ in effigijs aīalium oculis intuentiū ſe obiecisse vt ſupra capitulo octauo deductū quare et remedia q̄ in tercia pte operis deducent̄. ſup exterminiū vicȝ maleficarū p ſeculare brachiū forent applicāda. Et quidē quō orientales hmōi illuſiones remediare ſolent ſic deducitur. Nam ex militaribus fratribus ordinis ſancti iohannis hieroſolimitani ī rhodiſ veridica relatōe plura de his percepimus. Precipue autē ꝙ in ciuitate ſalamina regni cypri talis caſus accidit. Nam cum ibi portus ſit maris et nauis quedā onuſta mercimonijs applicando peregrinis nauim exeuntibꝫ vt quiſq̄ȝ victualibꝫ ſe muniret. iuuenis quidam ex eis robuſtus domū cuiuſdā mulieris extra ciuitatē ſupra litus maris ſituatā acceſſit et an oua haberet ad videndū a muliere ſciſcitatur. At mulier cernens iuuenē robuſtum forenſem ⁊ alienū a patria vnde minor de eo ſuſpitio apud intraneos ſuper eius perditionem oriri poſſet expecta inquit paululū et iuxta optata ſingula recipies et dum morā faceret clauſa et in interiori pte domꝰ iuuenis ab extra vt eū q̄ȝtotius expediret ne nauē eū negligere ꝯtingeret clamare cepit. tūc mulr aliq̄ oua attulit iuueni, tradidit. et in caſu q̄ nauē neglexiſſet et ad

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

illa antiqua iura vt dictũ eſt. cum hec bulla
potius in parte ſollicitudinis nobis inquiſi
toribus tradita ſit:quã et opere cõtinuum poſſu=
mus cum dei adiutorio exhibemus. Unde
et primũ argumentũ nõ ſuffragatur inquiſi
toribus illis.ſed potius cõtrarium cõcludit
cum tales ſimoniaci tantummõ iuris pſum
ptione cenſentur heretici de quibus ordina=
rij per ſe iudicare poſſunt. irrequiſitis inqui
ſitoribus.immo nec inquiſitores de ſimonia
cis varijs ſe intromittere habent et pari ra=
tione de alijs qui tantũ iuris preſumptione
heretici iudicant. Nam cõtra epiſcopos ſciſ=
maticos ꝓcedere nõ pñt. et platos alios ſu=
periores. vt patz in.c.inquiſitionis.de here.
li.vi.vbi ſic dicit. Inquiſitores heretice pra=
uitatis ab apoſtolica ſede ſeu alijs quibuſli=
bet deputatis de hmõi crimine inquirere cõ=
tra eos vt nequeunt aut eius ptextu ꝓcedere
contra eos.niſi in litteris cõmiſſionis ſedis
apoſtolice ꝙ hoc poſſint contineat expreſſe.
Si tamẽ inquiſitores ipi epiſcopos vel ali=
os ſuperiores platos ſciuerint vl' inuenerint
circa crimen hereſeos commiſiſſe aut eos de
hmõi diffamatos exiſtere vel ſuſpectos id te
nebunt ſedi apoſtolice nunciare. Ad ſecun=
dum ſimiliter patet ex prehabitis reſponſio.
Nam adorans hereticũ eſt tunc hereticus ſi
adoret ipm credens eſſe adorandũ ſeu hono=
randum ꝓpter ſuam doctrinã et opinionem.
Si autẽ honorat ipm ꝓpter aliquod tempo=
rale ſine aliquo errore fidei in intellectu non
eſt ꝓprie hereticus.ſed iuris fictione vel pre=
ſumptione ſeu ſimilitudinarie. q2 agit ſicut
male ſentiret de fide ſicut ille quẽ adorat.vñ
nec inquiſitorũ iudicio ſubiacebit. Ad terci=
um patet ex premiſſis quia licet iudicatur ab
eccleſia vt hereticus ꝓpter facta extrinſeca vi
ſa et ꝓbata.nõ tamẽ ſequitur ꝙ ſemper ſit he
reticus ex natura rei ſed iuris preſumptione
ſic reputat. vnde et in illo caſu inquiſitorꝫ iu
diciũ ſubterfugit.quia nõ ſapit hereſim ma=
nifeſte. Ad quartũ dicendum ꝙ falſum pre=
ſupponit.q2 nõ eſt poſſibile ꝙ aliquis cõcul=
cet corp9 chriſti abſq; hoc ꝙ male ſentiat vel
peruerſitatẽ fidei habeat de corpore chriſti.
quia poteſt hoc facere ſciens ſe peccare 7 cre=
dens firmiter ibi eſſe corpus xpi. Facit tamẽ
hoc vt placeat demoni et facili9 obtineat qd
vult ab eo. Et licet omnis malus erret: non
tamẽ errore intellectus qui eſt hereſis ſeu er=

rans male ſentiens de his que ſunt fidei ſed
de his que ſunt virtutis alicuius cuius cõ=
trarium in vicijs operatur. Et tñ de primo
principali qd ad hereſim ꝓprie ſumptã requi
ritur et ſm ꝙ iudicio inquiſitorꝫ debet here=
ticus ſubiacere. Nec obſtat ſi dicat tñ etiam
cõtra diffamatos:aut ſuſpectos leuiter vehe=
menter aut violenter de hereſi.et qui non vi=
dentur ſapere hereſim manifeſte inquiſitor
poteſt ꝓcedere. Reſpondetur. inquirere pt et
procedere ſuper tales inquantũ ſunt ſuſpecti
aut diffamati de hereſi ꝓprie dicta de qua eti=
am nunc loquimur vt ſepe tactũ eſt. que ha=
bet errorez in intellectu:et alia quattor ſequẽ
tia annexa. quorum ſecundũ eſt vt talis error
ſit circa ea que ſunt fidei. vel cõtra veritatem
determinatõnis eccleſie in his q̄ pertinẽt ad
fidem et bonos mores et neceſſaria ad conſe
cutionẽ vite eterne. Si enim error ſit de his
que nõ ptinent ad fidem. puta ꝙ credat quis
ſolem nõ maiorẽ terra. et hmõi nõ eſt piculo
ſus error. Error autẽ cõtra ſacram ſcripturã
cõtra articulos fidei. contra determinationẽ
eccleſie vt ſupra eſt hereſis.ar.xxiiij.q.i. hec
eſt fides. Itẽ q2 determinatio dubiorũ circa
fidẽ pertinet principaliter ad eccleſiã et preci
pue ad pontificẽ ſummũ chriſti vicariũ Pe=
tri ſucceſſorẽ. vt expreſſe dicit.xxiiij.q.i.quo=
tiens. Et cõtra determinationẽ eccleſie nul=
lus doctor vel ſanctus ſuã ſententiã defendit
vt dicit Tho.ſz ſe. Nec Hiero. nec Aug9.
nec alius. Sicut ergo aſſerens ptinaciter cõ
tra fidẽ eſt hereticus. ita et cõtra determina=
tionem eccleſie in his que ptinent ad fidez et
neceſſaria ad ſalutẽ ptinaciter aſſerẽs eſt he=
reticus. Ipa enĩ eccleſia nunq; erraſſe in fide
probat. vt dicitur.xxiiij.q.i.a recta. et alijs.c.
Signanter aũt dicit quia aſſerens cõtra de=
terminationem eccleſie nõ ſimpliciter ſed in
his dumtaxat que ptinent ad fidem et ſalutẽ
eſt hereticus. Nam in alijs cõtrariũ ſentiens
nõ eſt hereticus. ſicut ꝙ ius nõ põt ſepari ab
vſu in rebus vſu cõſumptibilib9. qd declara=
uit 7 determinauit Johannes.xxij. in extra=
ua.ad cõditorem. Ubi dicit:contradicentes
huic ſententie eſſe cõtumaces 7 rebelles eccle
ſie nõ hereticos. Terciũ quod requiritur eſt
ꝙ error ſit in illo qui catholicam veritatẽ eſt
profeſſus. Si quis enim nunq; eſſet ꝓfeſſus
fidem chriſtianã nõ eſſet ꝓprie hereticus ſed
ſimpliciter infidelis vt iudeus et gentilis qui
foris ſunt. Unde Aug9. de ciui. dei. Uidẽs
diabolus genus humanũ a cultura idolorũ
et demonũ liberari. hereticos mouit qui ſub

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

vocabulo chriſtiano doctrine reſiſterent chri-
ſtiane. Oportet ergo ꝙ error ſit in illo qui in
baptiſmo ſuſcepit fidem chriſtianã ad hoc vt
ſit hereticus. Quartum quod requiritur eſt
ꝙ talis error ſit in eo qui fidẽ ſuſcepit taliter
ꝙ aliquã veritatem de chriſto cõfiteatur pti-
nentem ad diuinitatẽ vel humanitatez. Si
enim nullam veritatem penitus cõfiteretur
magis ꝓprie apoſtata ꝗ̃ hereticus cenſeret.
Sic iulianus apoſtata. et diſtinguitur vnũ
ab altero licet aliquãdo vnuz ſumatur ꝓ alio
Sub hac ꝯditione reperiuntur certi qui in-
terdum egeſtate ⁊ moleſtijs varijs afflicti cor-
pus et animã tradunt diabolo et fidem abne-
gant dummodo in eorum neceſſitatibus. et
ad poſſidendũ diuitias et honores diabolus
eis aſſiſtat. Nouimus certos nos inquiſito-
res et poſt aliquos penitentes. qui vtiqꝫ abſ-
qꝫ errore fidei in intellectu quia tantummõ
propter cõmoda temporalia talia cõmiſerũt.
vnde nec heretici ꝓprie nec iterum apoſtate
ex corde et Julian⁹. licet magis apoſtate cen-
ſentur. Ex corde vero apoſtate ſi nolunt re-
ſilire vt heretici impenitentes tradentur cu-
rie ſeculari. Si autem velint recipiuntur ꝓ-
ut heretici penitentes. iuxta. c. ad abolendã.
§. preſenti. de here. li. vi. Cõcordat Raymun-
dus ti. de apoſtatis. c. reuertentes. vbi dicit.
Qui reuertẽtes ab apoſtaſie perfidia cum fue-
rint heretici tanqꝫ reuertentes ab hereſi ſunt
recipiendi. Et hic ſumitur vnum pro alio vt
prius tactum eſt. Et ſubdit. Jlli vero qui me-
tu mortis fidẽ abnegãt. hic tu accipe q̃ ꝓpter
commodum temporale diabolo fidez abnegãt
et erroribus nõ credunt. licet iure heretici nõ
ſint. nota hic ꝙ nõ ſunt ꝓprie heretici. Sub-
dit. poſtqꝫ nõ habent in mente errorẽ. Judi-
cio tamen eccleſie qui habet per exteriora de
interioribus iudicare heretici habendi ſunt.
nota hic iuris fictione. et ſi reuertant̃ vt peni-
tentes heretici recipiendi ſunt. Nõ enim me-
tus mortis eſt metus cadens in cõſtantem vi-
rum ad fidem chriſti abnegandã. ſic et tu ac-
cipe ꝓpter cõmoda temporalia. Unde cõclu-
dit. Sanctius eſt mori ꝗ̃ abnegare vel veſci
idolaticis vt dicit Aug⁹. et recitatur. xxxij. q.
iiij. Simile iudicium de maleficis fidem ab-
negantibus eſſet vt ibi reſilire vellent recipe-
rentur vt penitentes abſqꝫ hoc ꝙ curie ſecu-
lari relinquerentur. omnibus tamen modis
ad gremium eccleſie recipiuntur vbi petunt.
et curie ſeculari ſi nõ traduntur relinquunt̃.
et hoc propter damna temporalia illata. put
in modis ſententiandi patebit. et omnia pre-
ſatus ordinarius exequitur. ita ꝙ etiam in-
quiſitor ſuas vices illi committere poteſt in
hoc dumtaxat caſu apoſtaſie. ſec⁹ eſt in alijs
caſibus ſortilegorũ. Quintũ quod requi-
ritur ad hoc vt quis ꝓprie ſit hereticus eſt vt
talem errorẽ firmata voluntate ⁊ obſtinata e-
ligat et pertinaciter ſequat̃ opiniones. Unñ
ſm Hiero. hereſis ab electione eſt dicta. Et
ideo ſm Aug⁹. nõ qui falſas opiniones gi-
gnit vel ſequitur. ſed qui pertinaciter defen-
dit hereticus eſt cenſend⁹. Unde ſi quis nõ
pertinaci malitia ſentiret aliquid cõtra fidẽ
ſed ignorantia paratus corrigi ſi quis ſentit
falſum oſtendetur ſibi eſſe cõtra fidem vel ſa-
cram ſcripturam vel determinationẽ eccle-
ſie. xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus. Et ideo ipſe
Aug⁹. dicebat. Errare potero hereticus nõ
ero. quia ſcꝫ paratus corrigi cum ſibi fuerit
oſtenſus error. Et cõſtat ꝙ quotidie inter do-
ctores circa diuina ſunt varie opiniones et
aliquando cõtradictorie ita ꝙ neceſſe eſt alte-
ram eſſe falſam. et tamen nulla earum reputa-
tur falſa donec per eccleſiam fuerit determi-
nata. ar. xxiiij. q. iij. qui in eccleſia. Ex quib⁹
omnibus ꝯcluditur ꝙ ꝓbare maleficos ſub-
iacere iudicio inquiſitorum vel etiam alios
quocũqꝫ modo demones inuocantes per di-
cta canoniſtarũ ſuper allc. verbum ſaperent.
in. c. accuſatus. cõprehenſum nõ ſufficienter
probatur. cum tales ab eis heretici iudican-
tur quadam iuris fictione. nec etiam per di-
cta theologorum. cum et ipſi tales nominãt
apoſtatas verbo vel opere. non autem mente
et corde. de quo errore verbum ſaperent pre-
tendit. Et licet iudicantur vt heretici. nõ ta-
men propter hoc ſequitur ꝙ epiſcopus ſine
inquiſitore non poſſit ad ſententiam diffini-
tiuam contra eos procedere aut carceri ad pe-
nam deputare aut tormentis exponere. Jm-
mo in caſu quo hec deciſio non videatur ſuf-
ficere ad hoc vt nos inquiſitores ſim⁹ a ma-
leficarum inquiſitione exonerati. nolumus
tamen hoc via iuris exigere. cum vices no-
ſtras in his dumtaxat ſuper ſententiaz feren-
dam ipſis dioceſanis cõmittere poſſumus.
Hoc enim habetur in capi. multorũ. in prin-
cipio. de hereti. in clemen. Ubi ſic dicitur.
Multorum querela ⁊ infra. vt negociuz in-
quiſitionis huiuſmodi eo proſperetur feli-
cius. quo deinceps eiuſdem labis indago ſo-
lertius diligentius ⁊ cautius peragetur ipm
tam per dioceſanos epiſcopos ꝗ̃ per inqui-
ſitores a ſede apoſtolica deputatos omni car-
nali odio vel timore aut cuiuſmodi commo-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

di tempoꝛalis affectione ſemotis decernim⁹
exerceri. ſic ꝙ quilibet de pdictis ſine alio ci=
tare ⁊ arreſtare ſeu cape ac tute cuſtodie man
cipare ponendo in cōpedibus et manicis fer
reis. ſi ei viſum fuerit ſuper quibꝫ faciendū
ipſius cōſcientiam oneramus. necnō inquire
re cōtra illos de quibus ꝓ hmōi negocio ſm
deum et iuſticiā viderit expedire. duro tamē
tradere carceri qui potius ad penam ꝗ̄ ad cu
ſtodiam videatur vel toꝛmentis exponere il
los aut ad ſententiā ꝓcedere cōtra eos. Epi=
ſcopus ſine inquiſitoꝛe aut inqͥſitoꝛ ſine dio
ceſano aut eius vel epiſcopali ſede vacāte ca
pituli ſuper hoc delegato. ſi ſui ad inuicē co=
piam habere valeant infra octo dierū ſpacio
poſtꝗ̄ inuicem ſe requiſiuerint non valebit.
et ſi ſecus pꝛeſumptū fuerit nullū ſit et irritū
ipſo iure poſt ſequitur ad noſtrū ꝓpoſitum.
Uerum ſi epiſcopus vel eius ſeu capituli ſe=
de vacante delegato cum inquiſitoꝛe aut in=
quiſitoꝛ cum altero eoꝛundē ꝓpter pmiſſa ne=
queant aut noluerint pſonaliter cōuenire pt
epiſcopus vel eius ſeu capituli ſede vacante
delegatus inquiſitoꝛi et inquiſitoꝛ epiſcopo
vel eius delegato ſeu ſede vacante illi qui ad
hoc fuerit per capitulum deputatus. ſuper
illis cōmittere vices ſuas vel ſuas ſignifica
re per litteras cōſilium et cōſenſum. Ex quo
patet ꝙ licet in quinqꝫ caſibus vnus ſine al=
tero in tribus vero minime ꝓcedere poſſit. qꝛ
tamē vnus alteri vices ſuas cōmittere pōt:
pſertim quo ad ſententiā ferendā. ideo et nos
hoc per pñtes facere decreuimus alijs inqui
ſitoꝛibus in ſuis limitibus remanentibꝫ. Ad
argumenta ergo reſpondendo patet ex pmiſ
ſis ad ſex pꝛima argumenta ꝓ inquiſitoꝛibꝫ
militantia deciſio. ꝙ eoꝛū inquiſitioni male=
fici et ſoꝛtilegi nō videntur ſubijci. Ad alia
autem argumenta ꝓ dioceſanis in caſu quo
et ipſi a maleficarū inquiſitione ſe exonerare
vellent: et ciuili iudicio relinquere. Patet ꝙ
nō poſſunt hoc eadem facilitate quo inquiſi
toꝛes facere. quia in crimine hereſis iuxta. c.
ad abolendā. et. c. vergentis. et. c. excōmuni=
camus vtrūqꝫ. extra de hereticis. Judicis ec
cleſiaſtici eſt cognoſcere et iudicare. et iudi=
cis ſecularis exequi et punire. vbi ſententia
tranſit in vindictā ſanguinis. ſecus vbi ad
alias penas penitentiales Uidet̄ etiā ꝙ in he
reſi maleficarū licet nō in alijs hereſibꝫ etiā
ipſi dioceſani ſuas vices ad agnoſcendū ⁊ iu
dicandum in foꝛo ciuili cōmittere valeat. tū
vt in argumentis tangit̄ hoc crimen malefi=
carum nō eſt mere eccleſiaſticum. immo poti
us ciuile ꝓpter damna que inferuntur tempo
ralia. tum etiam quia leges ſpeciales in puni
tionem maleficoꝝ quo ad omnē viam puni
tionis edite cernunt̄. Uidetur deniqꝫ ꝙ hec
via plurimū in exterminiū maleficarū deſer
uiret. ⁊ in maximū releuamen oꝛdinarioꝝ co
ram tremendo iudice ſuper diſtrictū examen
quod exigetur cum teſte ſcriptura iudiciū du
riſſimū his qui pꝛeſunt imminet. et ſm hanc
differentiā ꝓcedemus videlicet ꝙ iudex ſecu
laris cognoſcere ⁊ iudicare poteſt vſqꝫ ad ſen
tentiam diffinitiuā ad penitentiā quā ab oꝛ=
dinarijs recipiet. ſecus ſuper ſanguinē quā
per ſe ferre poteſt.

Ut ergo iudices tam in foꝛo eccleſia=
ſtico ꝗ̄ ciuili modos cognoſcendi iu
dicandi et ſententiandi ſemꝑ in pm=
ptu habere valeāt. cōſequenter circa tria pꝛin
cipaliter ꝓcedendum erit. Pꝛimo quis mo=
dus incohoandi ꝓceſſum fidei. Secundo qͥs
modus cōtinuandi. Tercio quis modus ter
minandi et ſententiandi in hac materia ma=
leficarū. Circa pꝛimū quinqꝫ difficultates.
Pꝛima quis inter tres modos ꝓcedendi qui
in iure tanguntur ſit magis competens. Se
cunda de numero teſtium. Tercia an poſſint
cōpelli ad iurandum. Quarta de conditione
teſtium. Quinta an inimici capitales ad teſti
ficandū admittunt̄. Secunda pars cōtinet
queſtiones vndecim. Pꝛima qualiter teſtes
ſunt examinandi. et ꝙ ſemꝑ quinqꝫ pſone de
bent eſſe pꝛeſentes. Itē qualiter malefice ſint
interrogande generaliter et particulariter. et
erit ſexta in oꝛdine libꝛi. cum numerus mu=
tatur eo vt lectoꝛ facilius reperiet materiam
optatam. Secunda varia dubia declarat ſu
per reſponſiones negatiuas. et quādo ſit in=
carceranda et quando ꝓ manifeſte depꝛehen
ſa in hereſi maleficarū. Tercia de modo ca=
piendi maleficas. Quarta de duobus q̄ poſt
captionem facienda ſunt iudici et an deponē
tium nomina ſint ei manifeſtanda ⁊ defenſio
nes concedende. Quinta qualiter defenſio=
nes cum deputatione aduocati ſint cōceden
de. Sexta quid faciet aduocatus cum ſibi
teſtium nomina nō publicantur. et vbi inimi
ciciam capitalem allegat coꝛam iudice. Se=
ptima qualiter iudex inimiciciā capitalē in=
ueſtigare habet. Octaua de his que iudex
habet aduertere anteqꝫ delatā toꝛmentis ex
ponat. Nona de mō ſententiādi ad q̄ſtiones
⁊ toꝛmenta. Decima ſuꝑ toꝛmēta ꝯtinuanda
et q̄liter ſint toꝛmentande ⁊ de cautelis et ſi=
gnis ꝯtra maleficiū taciturnitiſ. Undecima

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/151-quod-2f-1/start.htm

ſuper finales interrogationes et cautelas a iudice obſeruandas. Tercia pars cōtinet primo queſtiones tres quas iudex debet aduertere. et ex quibus omnis ſententia diffinitiua debet ꝓcedere. Prima an ſuper examen candentis ferri poſſit ſententiari. Secunda de mō quo omnis ſententia eſt ferenda. Tercia ex quibus ſuſpitionibus poteſt iudicare et qualiter ſuper vnamquāqꝫ ſuſpitionē debet ſententiare. Demū ſuper vltimā partē de viginti modis ſententiandi. quarū tredecim ſunt cōmunes ſuper omnē hereſim. reliqui ſpecialiter ſuper hereſim maleficarū. et quia locis ſuis patebunt cauſa breuitatis hic non aſſignantur.

## Queſtio prima ſuper modum inchoandi proceſſum.

Queritur ergo primo quis ſit modus cōpetens ad inchoandū ꝓceſſum fidei ꝯtra maleficas. Reſpondetur. Cum inter tres modos qui tanguntur. extra de accuſa. denun. et inquiſitio. et primus eſt quando aliquis accuſat aliquem de crimine hereſis vel fautoria coram iudice offerendo illud ſe ꝓbaturū et inſcribit ſe ad penā talionis niſi ꝓbet. Et ſecundꝰ modus qn̄ aliquis denunciat aliquē ita tn̄ nō ꝙ offert ſe probaturū nec vult facere ptem. ſed dicit ꝙ denunciat zelo fidei. vel rōne ſententie excōmunicationis late ꝑ ordinariū vel eiꝰ vicariū. aut rōe pene temporalis quā ſecularis iudex cōtra nō denunciantes. Et tercius modus per inquiſitionē. hoc eſt qn̄ nō eſt aliquis accuſator vel denunciator. ſed fama laborat in aliqua ciuitate vel loco ꝙ ſint malefice. et tunc iudex habet non ad inſtantiam partis ſꝫ etiā ex officio ꝓcedere. Ideo aduertendum ꝙ primū modū ꝓcedendi iudex nō libenter admittat. tum quia nō eſt in cauſa fidei vſitatus nec etiā in cauſa maleficarū qui ſua maleficia occulte exercent. tum etiā quia eſt accuſanti multū ꝑiculoſus ꝓpter penā talionis qua plecteret vbi in ꝓbatione deficeret. tum etiā quia eſt multū litigioſus. Incipiat ꝓceſſum per citationē generalē affigendo illā ad valuas eccleſie ꝑrochialis velꝰ pretorij per modū qui ſequit. Cum nos vicarius talis ordinarij. aut iudex talis dn̄i totis noſtris affectibus inhiantes ac ex omnibus noſtris ꝑcordijs affectantes populū chriſtianum nobis cōmiſſum in vnitate et ſerenitate catholice fidei cōfoueri. ac ab omni peſte prauitatis heretice viſceraliter elongari. Iccirco nos iudex prefatus: cui ex iuncto officio hec incumbunt. ad gloriam et honorē recolendi nominis ieſu xp̄i et ad exaltationē ſancte fidei orthodoxe atqꝫ ad depreſſionē heretice prauitatis precipue in maleficis vniuerſis et ſingulis cuiuſcūqꝫ ꝯditionis ſtatus. Hic nota. Si eccleſiaſticus iudex inquirit addat: ordinis religionis aut dignitatis exiſtant. qui ſunt infra terminos huius ciuitatis aut circa illā aut oppidi ad duo miliaria. ad quorū noticiā peruenerint hec mandata. eccleſiaſticus iudex adiungat. Auctoritate qua fungimur in hac ꝑte in virtute ſancte obedientie. ac ſub pena excōmunicationis precipimꝰ et mandamus ac mandando requirimus et monemus quatenus infra. xij. dies prime ꝯputandos. Hic ſecularis iudex mō ſuo mandabit. et penis eis cōſuetis quorū primos quattuor ꝓ primo. et reliqꝫ quattuor primis q̄ttuor immediatos ꝓ ſc̄do. et vltimos quattuor ꝓ tercio termino ꝑemptis. Ac trina monitione canonica aſſignamus: nobis reuelāt ſi quis ſcit vidit vel audiuit aliquā eſſe ꝑſonam hereticā et maleficā diffamatā vel ſuſpectam et in ſpeciali talia practicantē que in nocumentū hoīm iumentorū aut terre frugū. et dampnū reipublice cedere valeāt. ꝙ ſi noſtris antefatis monitis et mandatis nō paruerit cum effectu. premiſſa infra taxatū terminum nō reuelando ſciat ſe. Iudex eccleſiaſticus addat excōmunicationis mucrone ꝑcuſſum. Secularis iudex addat penas temporales. Quā excōmunicatōis ſententiā in oēs et ſingulos taliter vt predicit cōtumaces prefata noſtra monitione canonica ꝑeunte et eorum obedientia requirente. nunc vt ex tunc et tūc vt ex nunc ferimus in his ſcriptis. Abſolutionem harū ſententiarū nobis tm̄mō reſeruandum. Cōcludit iudex ſecularis mō ſuo Datum etc̄. Nota inſup ſuper ſecundum modum ꝙ cum vt dictū eſt ſecundus modus ꝓcedendi et proceſſum fidei incipiendi eſt per modum denunciatōnis. vbi denuncians nō offert ſe probaturum nec vult facere partem. ſed dicit ꝙ denunciat rōne ſententie excommunicationis late. vel zelo fidei et ꝓpter bonum reipublice. Ideo ſecularis iudex hoc debet in ſua citatione generali aut premiſſa monicione ſpecificare. ꝙ nemo eſtimet ſe penalem fieri etiā ſi in probatione defecerit. quia non offert ſe vt accuſans ſed vt denuncians. Et tunc quia plures comparebunt ad denunciandum iudici: notare debet iudex vt procedat mō qui ſequit. Primo habeat notariū et duas honeſtas ꝑſonas. ſiue ſint clerici

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

ſiue laici. vel ſi notarius nõ poſſet haberi tũc loco notarij ſint duo viri idonei. Hoc enim tangitur in. c. vt officiũ. §. verũ. li. vi. vbi ita dicitur Verũ quia in cã graui crimine cũ multa oporteat cautela ꝓcedi vt in reos ſine vllo ꝓferatur errore dure ac digne ſeueritas vltionis. Volumus et mandamus vt in examinatione teſtium quos recipi ſuper hoc crimine ꝑdicto ipſiſq; cõtingentibus oportuerit. adhibeatis duas religioſas et diſcretas perſonas. Hic Archidia. in gloſa poſſunt intelligi ꝑſone honeſte ſiue ſint clerici ſiue laici. Sequitur in quarũ pñtia per publicã ſi cõmode habere poteſtis ꝑſonam aut per duos viros idoneos fideliter eorũ depoſitiões teſtium deſcribant. Nota ergo ꝙ his ꝑſonis adhibitis mandet denuncianti iudex ꝙ det in ſcriptis vel ſaltem dicat verbo. Et tũc notarius ſeu iudex incipiat ꝓceſſum per modum qui ſequitur.

¶ In noĩe domini amen. Anno a natiuitate dñi ꝛc. tali die talis menſis in pñtia mei notarij et teſtiũ infra ſcriptorũ. talis de tali loco et talis dioceſis vt ſupra cõparuit ꝑſonaliter in tali loco corã honorabili iudice et obtulit eidem cedulã tenoris ſequentis. inſeratur tota. Si autẽ nõ per cedulã ſed verbo. ponatur ſic. Cõparuit ꝛc. et denũciauit eidem ꝙ talis de tali loco dioceſis talis aſſeruit et dixit ꝙ ſciret hoc. vel ꝙ fecerit talia nocumenta ſibi vel alijs perſonis. Quo facto in cõtinenti faciet iurare ipſm denunciantẽ modo conſueto. vel ad quattuor dei euangelia. vel ſup crucẽ erectis digitis tribus et duobus depreſſis in teſtimoniũ ſancte trinitatis ꝛ damnationẽ anime et corporis de dicenda veritate ſup denũciatis. et pſtito iuramento interrogabit eum Vñ ſcit eſſe vera que denunciauit et ſi vidit vel audiuit. Si dicat ſe vidiſſe aliqua vtputa quia ibi repertus tali hora tempeſtatis vel quia tetigit iumentũ: vel quia intrauit ſtabulum. Interrogabit iudex vbi eũ vidit et quando et quotiens et per quẽ modũ et qui erant pñtes. Si dicat ꝙ nõ vidit ſed ꝙ audiuit. Interrogabit eũ a quibus audiuit et vbi et qñ et quotiens ꝛ qbus pñtibus audiuit. formãdo articulos de quolibet predictorũ ſingulariter et diuiſim. et notarius ſeu ſcriptor ponat totũ in actis ſeu in ꝓceſſum immediate poſt predictã denunciationẽ ꝯtinuando ſic. Qua quidẽ denunciatiõe vt premittitur facta. ipſe inquiſitor in cõtinenti fecit iurare ad quattuor dei euangelia ꝛc. vt ſupra. ipſm denunciantẽ de dicenda veritate ſup denunciatis. et interrogauit eundẽ vnde et quõ ea que denunciauerat nouerat vel ſuſpitionẽ habeat eſſe vera Reſpondit. quia vidit vel audiuit interrogauit vbi vidit vel vbi audiuit. et dixit. ꝙ tali die talis menſis talis anni in tali loco. Interrogauit. quotiẽs vidit vel audiuit ꝛc. et formentur articuli vt dictũ eſt et totũ ponatur in ꝓceſſu: et ſpecialiter interrogatur. qui ſciunt cũ eo in tali cauſa et qui põt ſcire. Quibus oĩbus ſic peractis vltimo interrogabitur ſi denũciat mala voluntate odio vel rancore. vel obmittat aliquid fauore et amore. vel alias denunciat rogatus vel ſubordinatus. Et poſtremo iniungetur ei virtute iuramenti preſtiti tenere ſecretuz quicq̃d ibi dixit. vel per iudicẽ ſibi dictum fuit. et ponetur totũ in ꝓceſſu et in actis. et omnibus expletis ponatur paulo infra. Acta ſunt hec in tali loco tali die talis menſis ꝛ tali anno in pñtia mei notarij vel ſcriptoris adiuncto mihi tali in vigorẽ officij tabellionatus. et talium teſtium ad hoc vocatorũ et rogatorum.

Tercius modus ꝓceſſum incipiendi qui etiam eſt cõmunis et vſitatus modus. et cũ hoc ſecretus eſſet vbi nullus accuſator vel denunciator ſe offerret ſed fama laboraret in aliqua ciuitate vel loco de aliqua malefica et etiã tali et ꝓpter famã iudex abſq; citatione generali de qua ſupra ſeu monitione ex officio ꝓcedere vellet. eo ꝙ talis clamor frequens ꝑueniret ad aures eius. tunc iterũ inchoare põt ꝓceſſum in pñtia perſonarũ vt ſupra.

¶ In noĩe domini amen. Anno a natiuitate dñi tali die menſe tali ſeu menſibus talibus. Ad aures talis officialis aut iudicis talis loci peruenit pluries fama publica referente ac clamoſa inſinuatione producente ꝙ talis de tali loco dixit vel fecit talia ad maleficia pertinentia contra fidem ac cõmunem vtilitatez reipublice. et ponatur totum prout fama laborat. Et paulo infra. Acta ſunt hec die tali mẽſis talis de anno tali in pñtia teſtiũ taliuz vocatorũ et rogatorũ et mei notarij talis auctoritate ſeu ſcriptoris vigore tali. Sed anteq; ſecunda pars inchoetur videlicet qualiter huiuſmodi ꝓceſſus eſt cõtinuandus premittenda ſunt aliqua ſuper teſtes examinandos quot in numero eſſe debeant et cuius cõditionis.

## ¶ Queſtio ſecunda de numero teſtiũ.

Quia dictum eſt in ſecundo modo de dictis teſtium qualiter inſcribi debeant: ſcire numerũ ꝛ cõditionẽ illorũ opus eſt. Queritur vtrum

iudex duorū teſtium legitimoꝝ non ſingula
rium poſſit licite aliquā de hereſi maleficarū
cōdemnare. vel plures q̄ʒ duo neceſſario re=
quirantur. et dicunꝭ teſtes ſingulares qn̄ in
dictis ſunt partiales. cōcordant tn̄ in ſubſtā
tia ſeu effectu rei. vt ſi diceret maleficiauit mi
hi vaccā alter puerū: cōcordarent in malefi=
cio. Hic aūt queritꝭ vbi teſtes nō ſunt partia
les ſed omnino cōcordant. Et reſpondetꝭ ꝙ
q̄uis videantꝭ ſufficere duo teſtes de iuris ri
gore. quia regula eſt ꝙ in ore duorum vel tri
um ſtat omne verbū. tamē de iuris equitate
nō videntꝭ in hoc crimine duo ſufficere: tum
propter criminis immanitatē. In criminibꝫ
enim ꝓbationes debēt eſſe luce clarioriores.
ff. de ꝓbationibus. ſi autē. Et hereſis ꝑcipue
talis inter maiora crimina enumeratꝭ. Et ſi
dicatꝭ ꝙ in hoc crimine ſufficiūt leuiores ꝓ=
bationes. q2 leui argumento q̄s detegitꝭ. C.
de here. l. ij. Leui argumento recedendo a iu
dicio catholice religionis ⁊ tramite hereticū
ſe facit. Reſpondetꝭ. Verū eſt ad ꝑſumenduʒ
nō aūt ad cōdemnandū tum ꝓpter iuris ordi
nis in hoc crimine detruncationē. In hoc e=
nim ordo iudiciarius in fauorē fidei detrun
catur. q2 nec delatus videt teſtes iurare. nec
etiam ſibi publicantꝭ vbi poſſet eis graue pi=
culum imminere. vt in. c. ſtatuta. de here. li.
vi. ꝓpter quod delatus nō poteſt diuinare. ſed
tenetꝭ ipſe iudex ꝑ ſe ⁊ ex officio de teſtiū inimi
cicia ꝑquirere. q2 excludunꝭ vt infra patebit
et etiā ſi depoſuerūt confuſe de cauſa ſcientie
eos iterū interrogare. qd̄ p̄t facere extra de te=
ſti. ꝑ tuas. et. ff. de queſtionibꝫ repeti. nā q̄to
magis via defendendi delato ſubtrahitꝭ tan=
to magis incumbit iudici ſollicitudo diligē
tius inquirendi. Vbi ergo inuenirentꝭ duo
teſtes cōcordes et legittimi cōtra quencq̄ʒ nec
ex hoc vellē eum de tanto crimine cōdemna=
re. ſed purgationē ſi eſſet diffamatus indice=
re vel ꝓpter vehementē ſuſpitionē que oritꝭ ex
dictis duoꝝ teſtium facere eum abiurare vel
queſtionare ſeu ſententiā differre. non enī vi
detur tutū ad vocē duorū teſtiū hominē bo=
ne fame de tanto crimine ꝯdemnare. Secus
ſi fuerit male fame. De hoc Archi. pleniꝰ in
c. vt officiū. §. verū. in prin. de here. li. vi. ſuꝑ
verbo teſtiū. et in. c. fidei. In fine gloſe illius
capituli. Et Jo. an. ibidē. In. c. etiā excōmu
nicamus. itaq̄ʒ extra de here. §. addicimus.
dicitꝭ. ꝙ faciat eps̄ iurare tres vel plures boni
teſtimonij viros de dicēda ꝟitate. ſi ſciuerint
in ꝑrochia tales hereticos ibi eſſe.

[A]D idem ꝙ ſi queritꝭ. Vtrū iudex ꝑ te=
ſtes ſingulares ſolū vel ſaltē cū infa=
mia poſſet iuſte de tali hereſi aliquem
condemnare. Reſpondetꝭ ꝙ non. nec ꝑ teſtes
ſingulares ſoluʒ nec etiā cum infamia. extra
de teſti. cum litteris. ꝑſertim cum in crimini=
bus ꝓbationes debēt eſſe luce clariores vt ſu
pra patuit. et in hoc crimine nemo ſit ex pre=
ſumptione damnandus. extra de ꝑſump. lit
teras. ergo tali indicitur purgatio rōne infa
mie. et abiuratio rōne ſuſpitionis vehemen=
tis que cōſurgit ex dictis teſtiū. tn̄ vbi teſtes
ſunt ſingulares ꝯcordant tn̄ in ſubſtantia fa
cti et euidentia facti cōcurrunt. tunc iudicis
cōſcientia ibi oneratꝭ ex indirectorio habetur
queſtio quotiēs poſſunt teſtes examinari.

Queſtio tercia.

[Q]Vod ſi queritꝭ. Vtrū iudex teſtes poſ
ſit cōpellere ad iurandum de dicenda
eidem in cauſa fidei ſeu maleficaruʒ
veritatē. Et etiā pluries eos examinare. Re=
ſpondetur ꝙ ſic. ꝑſertim eccleſiaſticus iudex
vt ſupra patuit in. c. vt officiū. §. verū. Et ꝙ
teſtes cogendi ſunt in cauſis eccleſiaſticis ve
ritatē deponere medio iuramento. extra de te
ſti. cogen. c. ꝑuenit. alias teſtimoniū nō va=
lebit. Et extra de hereti. c. excōmunicamus
itaq̄ʒ. §. addicimus. dicitꝭ. ꝙ archiepiſcopus
vel epiſcopus parrochiā in qua fama fuerit
hereticos habitare circumeat et ibi tres vel
plures boni teſtimonij viros: vel etiam ſi ex=
pedire videbitur totā vicinā iurare cōpellat.
et ſequitꝭ infra. Si qui vero ex his iuramen=
ti religionē obſtinatione damnabili reſpuen
tes iurare forte noluerint ex hoc ipſo tanq̄ʒ he
retici reputentꝭ. Qꝫ aūt pluries poſſit exami=
nari. Ita dicit Archi. in. c. vt officiū. §. verū.
ſuper ver. teſtiū. vbi dicitur ſic. Inquiſitor.
hic aūt iudex debet eſſe ſollicitus vt ſi teſtes
confuſe depoſuerunt. et de cauſa ſcientie mi=
nus plene requiſiti fuerūt ꝙ iterato cum eis
inquirat. Nam hoc de iure fieri poteſt. extra
de teſti. cogendis. vt ſupra tactum eſt. et. ff. de
queſtionibus repeti.

Queſtio quarta de cōditione teſtiū.

[Q]Veſtio ſuper cōditiones teſtiuʒ. No
ta ꝙ excōmunicati. Item participes
et ſocij criminis. Item infames et cri
minoſi ſerui contra dominos admittuntꝭ ad
agendum et teſtificandū in cauſa fidei qua=
cunq̄ʒ. Item ſicut hereticus cōtra hereticum
ad teſtificandum admittitur: ita maleficus
contra maleficum. in defectū tamen aliarum

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

pꝛobationū et ſemper contra et nō pꝛo. vxoꝛ
etiam et filij et familiares cōtra et nō pꝛo. ar.
per. c. filij. de here. li. vi. et hoc ideo. quia coꝝ
teſtimoniū eſt magis efficax ad ꝓbandū. De
pꝛimis patet in. c. in fidei. de here. ibidē. In
fidei fauoꝛē cōcedimus vt in negocio inqui=
ſitionis heretice pꝛauitatis excōmunicati et
participes vel ſocij criminis ad teſtimoniū
admittanꝰ in defectu aliarū ꝓbationū cōtra
hereticos credentes receptatoꝛes fautoꝛes et
defenſoꝛes eoꝛū ſi ex veriſimilibꝫ cōiecturis
et ex numero teſtiū aut perſonarū tā deponē
tium ꝙ̄ coꝝ cōtra quos agitur et deponitur
qualitate aut alijs circumſtantijs ſic teſtificā
tes nō falſa dicere pſumant. De periuris qū
pſumitur qđ deponūt zelo fidei. patet in. c.
accuſatus. §. licet. vbi ſupꝛa. vbi dicitꝰ. Licet
vero periuri et poſt penitentiā repellanꝰ ſi tñ
hi qui coꝛam ꝛ infra. ſi ex manifeſtis indicijs
apparuerit tales nō anime leuitate aut odij fo
mite ſeu coꝛruptōne pecunie ſed zelo fidei oꝛ
thodoxe dictū ſuum vellent coꝛrigere ac mo
do que pꝛius tacuerant reuelare in fauoꝛē fi=
dei niſi aliud obſtiterit ſtari debet tam cōtra
ſe ꝙ̄ reliquos atteſtationibus eoꝛundē. Et ꝙ
infami et criminoſi et ſerui cōtra dn̄os admit=
tuntur. Archi. in. c. alle. accuſatus. in. §. licet.
ſuper verbo exceptū dicit ita. Tāta eſt labes
criminis hereſis ꝙ ad eius actionē etiam ſer
ui aduerſos dn̄os ſuos et quilibet crimino=
ſus. etiā infames aduerſus quemlibet admit
tuntur. vt. ij. q. vij. §. huic opponiꝰ.

¶ Queſtio quinta an inimici capitales ad te
ſtificandū admittunꝰ.

SI vero queriꝰ. Utrū iudex inimi=
cos capitales alicuius delati poſſit
in tali cauſa ad teſtificandū ſeu a=
gendum admittere cōtra illū. Re=
ſpondemus ꝙ nō. Unde Archi. vbi ſupꝛa.
Nō tamē intelligas ꝙ in hoc crimine inimi
cus capitalis admittiꝰ ad actionē. iij. q. v. c. ij
et de ſimo. licet heli. in fine. de hoc etiā ſatis
notat Hoſti. in ſum. de accu. §. quis poſſit.
ſed qui dicunꝰ inimici capitales. Nota ꝙ qꝛ
ſolū rōne inimicitie quis repelliꝰ et nō que=
cunqꝫ repellit ſed capitalis intelligitur: quia
moꝛs inter eos eſt de facto illata vel fuit intē
tata ſeu ea que ſunt ad moꝛtez inductiua aut
via vel vulnera grauia et letalia ſunt ſecuta:
et ſimilia que ad peruerſitatē et malignitatē
agentis cōtra paſſum iudicant manifeſte. ꝓ=
pter quod pſumitur ꝙ ſicut intentauit ꝯtra
iſtum moꝛtē coꝛpoꝛalē per illū modū ſcꝫ vul
nerando. intentaret etiā per iſtū crimen here
ſis imponendo. et ſicut voluit ei auferre vitā
vellet auferre famā quare tales inimici capi
tales a teſtimonio legitime expellūtur. Alie
vero inimicitie pſertim graues et put etiā fa=
ciliter mulieres ad inimicitias cōmouenꝰ. et
et ſi nō repellunt totaliter tñ dictū coꝝ debili
tant aliqualiter vt nō ſit plena fides eoꝛū at=
teſtationibꝫ adhibenda. ſed cum alijs admi=
niculis et alioꝝ teſtiū dictis poſſunt plenam
facere ꝓbationē. pſertim vbi iudex delatum
interrogat. An ne putet ſe habere inimicū. q̇
tale crimen ad moꝛtē ſibi ex inimicitia impo
nere auderet. ſi dicet ita interrogabit que illa
ſit perſona. et tunc iudex aduertet ſi illā pſo=
nam de qua ſuſpitio eſt ꝙ ex inimicitia depo
ſuerit denotauit. In tali enī caſu vbi iudex
etiam de cauſa inimicitie per alios honeſtos
infoꝛmaꝰ. et alia adminicula nō occurrūt et
alioꝛū teſtiū dicta poterit ſecure talez teſtem
repellere. Si vero delata perſona dicet. Nō
ſpero aliquē talem habere inimicū licꝫ inter=
dum brigas cum mulieribꝫ habuerim. vel ſi
dicet habeo inimicū. ꝛ nō expꝛeſſit debite ſed
quendā alium qui foꝛtaſſis nō depoſuit. tūc
dicta talis teſtis etiā ſi alij dicerent ꝙ cauſa
inimicitie depoſuiſſet. iudex tñ nō debet re=
pellere ſed ad plenā ꝓbationē cum alijs am=
miniculis cōſeruare. Reperiuntur ꝙ̄ plures
minus ꝓuidi et circumſpecti qui hmōi depo
ſitiones mulierū refutare et annihilare que=
runt dicētes illis ſtandum nō eſſe. eo ꝙ ſepiſ=
ſime cum rixoſe ſint ex inuidia deponere ſo=
lent. Hi quia ignoꝛant aſtutias et cautelas
iudicum loquunꝰ et iudicant vt ceci de colo
ribus. de quibꝫ aſtutijs in. xi. et. xij. queſtio=
ne patebit.

¶ Secunda ps qualiter ꝓceſſus eſt cōtinu=
andus queſtio ſexta. Et qualiter teſtes ſunt
examinandi in pn̄tia quattuoꝛ aliarū pſona=
rum. et qualiter delata eſt interroganda du=
pliciter.

EAm nunc ſexto queriꝰ qualiter ꝓ=
ceſſus hmōi aduerſus maleficā in
cauſa fidei ſit cōtinuandus. Cōſi=
derandū eſt pꝛimo ꝙ quia in cau=
ſa fidei ꝓceditur ſummarie ſimpliciter et de
plano et abſqꝫ aduocatoꝛū et iudicioꝝ ſtrepi
tu et figura. vt patet. c. ſtatuta. li. vi. qualiter
etiā iſta verba intelligant patet extra de ver.
ſig. c. ſepe cōtingit. in cle. vbi diciꝰ. Sepe cō=
tingit ꝙ cauſas cōmittimus et in eoꝛum ali=
quibus ſimpliciter et de plano ac ſine ſtrepi=
tu et figura iudicij ꝓcedi mandamꝰ de quo=
rum ſignificatione verboꝝ a multis cōtendi
tur et qualiter ꝓcedi debeat dubitatur. Nos
aūt dubitationē huiuſmodi ꝙ̄tum eſt nobis

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
0 1 2 3 4 Kodak Gray Scale
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

poſſibile decidere cupientes hac in perpetuū valitura cōſtitutione ſancimus. vt iudex cui taliter cauſam cōmittimus neceſſario libellū nō exigat: litis cōteſtationem nō poſtulet. tpe feriarū ob neceſſitates hoīm indultarū a iure ꝓcedere valeat. amputet dilationē. materiam litis ꝗ̄tum poterit faciat breuiorē. exceptiones appellationes et dilatōes fruſtratorias repellendo. partiū aduocatoꝝ et ꝓcuratorum cōtentiones ⁊ iurgia. teſtiūqꝫ ſuperfluā multitudinē refrenando. nō ſic tñ iudex litē obruat: quin ꝓbationes neceſſarie admittentur citationē vero ac ꝓteſtationē iuramenti de calumnia ſiue de dicenda veritate ne veritas occulteẗ per cōmiſſionē huius intelligimus nō excludi. hec ibi. Et qꝛ ꝓceſſus vt viſum eſt ſupra eſt tripliciter incipiendus. quia vel ꝓpter inſtantiā accuſatoris. vel ꝓpter zelū denunciatoris. vel ꝓpter clamorē fame laborantis. et ꝓceſſus qui fit ad inſtantiā ꝑtis accuſantis iudex in hac materia nō debet acceptare. cum maleficarū facta opere demonuꝫ occultanẗ. nec accuſator ꝑ euidentiā facti ſicut in alijs criminalibus ꝓcedere et ſe defendere pt / immo cōſulere debet accuſatori ꝙ amoueat verbū accuſationis et ponat denunciationis. ⁊ hoc ꝓpter accuſatoris graue ꝑiculum. Ideo ſuꝑ ſecundū modū qui et vſitatꝰ et ſimiliter ſuꝑ terciū in quibꝫ ꝓceditur ⁊ nō ad inſtantiā ꝑtis. Notandū ꝙ qꝛ dictū eſt in precedentibꝫ ꝙ iudex ſpecialiter debet interrogare denunciantē qui ſciunt cū eo in tali cauſa et qui pñt ſcire. Ideo iudex faciet citari illos teſtes quos denuncians intimauit. et qui magis videnẗ ſcire in facto: et ſcriptor cōtinuabit ꝓceſſum ſcribendo ſic. Poſt que attendens ipe iudex denunciata ſibi hereticalia antedicta fore ex ſui natura eſſe talia et tam grauia que nō poſſunt nec debent cōniuentibus oculis tolerari. cum cedant in obprobrium diuine maieſtatis. et tā fidei catholice ꝗ̄ꝫ reipublice detrimentū. deſcendit ad ſe informandū et ad teſtes examinandū per modum qui ſequitur.

Interrogatoria ſuper teſtes.

Talis teſtis de tali loco citatus iuratꝰ et interrogatus ſi cognoſcit talē exprimendo nomen delati. Et dixit ꝙ ſic. Itē interrogatus de cauſa cognitōis ⁊ dixit ꝙ ꝓ eo ꝙ vidit et locutus eſt ſibi pluries. vel ſic vel alias qꝛ fuerunt ſocij ⁊ exprimenẗ cauſe cognitionis.

Item interrogatus de cognitōis tpe. et dicit ꝙ ſunt decē anni vel tot.

Item interrogatus de fama illius et pſertim ad ea q̄ ſunt fidei. Et dixit ꝙ quo ad moralia eſt homo bone fame vel male. ꝗ̄tum autem ad ea q̄ ſunt fidei dixit ꝙ eſt fama in tali loco ꝙ practicat aliqua cōtra fidem vt maleficus. Item interrogatus quid eſt fama. et dixit. Item interrogatus ſi vidit vel audiuit talem talia facientē et dixit.

Item interrogatꝰ vbi audiuit dici ſupradicta. et dixit ꝙ in tali loco.

Itē interrogatus in quoꝝ pñtia. et dixit ꝙ illoꝝ. Itē interrogatus ſi ex ſua cōſanguinitate aliqui ꝓpter maleficia fuiſſent dudum incinerati vel ſuſpecti habiti. et dixit.

Item interrogatꝰ an cū ſuſpectis maleficis habuit familiaritatē. et dixit.

Itē interrogatꝰ de mō et cā ꝙ dicta fuerūt Et dixit ꝙ ea de cauſa et tali mō.

Itē interrogatus ſi videẗ ſibi ꝙ talis dixit ſeu fecerit trufatorie ſeu recitatorie ſeu aīo indeliberato vel potius aſſertiue et aīo deliberato. Et dixit ꝙ credit ꝙ fecerit ſupradicta iocoſe et trufatorie ſeu recitatiue et nō aīo ſic credendi vel aſſertiue.

Item interrogatus de cauſa credentie huius. Et dixit ꝙ credit ꝓ eo ſic. qꝛ ille qui dicebat ridendo dixit. Et de iſtis eſt multū diligenter inquirendū. qꝛ nonnūqꝫ dicūt aliqui recitando alioꝝ verba vel trufando vel cōferendo vt alios alliciant vel incitent. licet etiam interdū aſſerēdo vel affirmando.

Itē interrogatus ſi hec deponit odio vel rancore ſeu dimittit amore vel fauore. Et dixit ꝙ ⁊c̄. Et ſequiẗ iniunctū eſt ſibi tenere ſecretū. Acta ſunt hec in tali loco die tali in pñſentia taliū teſtiū vocatoꝝ et rogatoꝝ. et mei notarij ſeu ſcriptoris. Ubi ſemper aduertendum ꝙ in tali examine ad minꝰ ꝑſone quinqꝫ debent pñtes eſſe. ſcꝫ iudex inquirens. teſtis vel denuncians. reſpondēs vel ipe delatꝰ poſtea cōparens. Tercius eſt notariꝰ ſeu ſcriptor. vbi deeſt notarius et tunc adiungat ſibi alium honeſtū q̄ duo ſupplebūt vices notarij vt ſupra tactum eſt. et hoc apoſtolica auctoritate qua tunc in illo actu funguntẗ. vt ſupra in. c. vt officiū. de here. li. vi. Et duo honeſti viri tanqꝫ teſtes coꝝ qui deponunẗ. Itē aduertendū ꝙ teſtis citatus debet etiā eſſe iuratus. i. vt preſtet iuramentū mō quo ſupra de dicenda veritate. alias falſe inſcriberetur citatus et iuratus. Cōſimiliter examinentur alij teſtes. Quibꝫ examinatis. Si iudex videat factum eſſe probatū plene: vel ſi non plene tamē eſſe maxima indicia et ſuſpitōes vehementes. Et nota ꝙ loquimur nō de leui



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

ſuſpitione que ex leuibus cõiecturis oritur.
ſed q̄ multũ diffamata eſt ſup maleficia pue=
rorum iumentorꝝ ꝛc̃. Tunc iudex ſi timet de
fuga delati vel delate faciat cũ capi. Si autẽ
nõ timet de fuga faciat cũ citari. Et ſiue capi
atur ſiue nõ prius faciat iudex eius domum
improuiſe ſcrutari et cuncta ſcrinia aperiri ꝛ
in angulis pixides et omnia inſtrumẽta tolli
q̄ reperiunt. Et ſic cõſtituto. iudex. collectis
his de quibꝫ eſt delatus et de his de q̄bus eſt
ꝑ teſtes cõuictus vel habitus ſuſpectus for=
met interrogatoria ſup illis. ac inq̄rat habi=
to ſecũ notario ꝛc̃ vt ſupra. pſtito prius cor=
porali iuramẽto ad q̄tuor dei euangelia de
dicenda veritate tã de ſe q̄ꝫ de alijs. Et hoc ꝑ
modũ qui ſequit̃ cõſcribant̃ etiã ſingula.

Interrogatoria generalia ſup maleficam
aut maleficũ. Et eſt primus actus.

Talis de tali loco delat⁹ iuratus ſup
quattuor dei euãgelia corpaliter tacta
tã de ſe q̄ꝫ de alijs dicere veritatem. et
vñ interrogatus vñ eſt ſeu vñ originẽ traxit.
Et ꝑpendit q̄ tali loco talis dioceſis.
Itẽ interrogatus q̄ ſunt eius parentes ſi
ſunt viui vel mortui. Et rñdit q̄ viui in tali
loco vel mortui in tali. Item interro. vtrũ
naturali morte vel incinerati. et dixit q̄ tali.
Ubi nota q̄ hoc ſit q̄ꝛ vt plurimũ vt in ſcd̃a
ꝑte operis patuit malefice ꝓprios infantes
demonibꝫ offerũt aut eos inſtruũt. et ꝯmuni
ter tota ꝓgenies exiſtit infecta. Et vbi depo=
nentes affirmaſſent ꝛ ipa negaret iam eſſet ſu
ſpecta. Itẽ interrogatus vbi fuit nutrit⁹.
et vt in pluribꝫ cõuerſatus. et dixit q̄ in tali
loco vel tali. Et ſi videat q̄ mutauit locũ ꝓ=
prium q̄ꝛ forte mater nõ fuit ſuſpecta nec ali=
quis ex parẽtela. et tñ cõuerſatus in alieno et
ꝑſertim in locis in q̄bus cõſueuerũt malefice
vigere interrogabit̃ ſic. Itẽ interrogatus
quare mutauit ſue natiuitatis locũ et ſe trãſ=
tulit ad cõmorandũ in tali loco vel talibꝫ. et
dixit q̄ ex tali cauſa. Itẽ interroga. ſi in di
ctis locis vel alibi audiuit loqui de materia
maleficarũ puta q̄ tẽpeſtates cõcitate vel iu=
menta maleficiata et vacce liquore lactis pri
uate ꝛc̃. de tali materia de qua eſt delata. Et ſi
dicit q̄ ſic. Interrogetis.
Item interroga. q̄d audiuit loqui. Et ſcri
bantur ſingula q̄ dicet. Si aũt negat et dicit
ſe nihil audiuiſſe tunc ſic. Item interroga.
ſi credit maleficas eſſe et q̄ talia poſſint fieri
q̄ referunt̃ vt tempeſtates ꝯcitare. iumẽta in=
ficere ꝛ homines. et dixit. Et nota q̄ male
fice vt plurimũ negãt prima fronte. vñ ſuſpi
cio oritur magis q̄ꝫ ſi reſponderẽt ſi ſint aut
nõ ſint cõmitto ſuꝑioribus. vñ ſi negãt tunc
interrogent̃. Itẽ interro. quid ergo vbi cõ
burunt̃ tunc innocenter cõdemnant̃. ꝛ dixit

Interrogatoria ꝑticularia ſup eaſdẽ.

Aduertat iudex q̄ nõ ꝓcraſtinet ſubſe
quẽtes interrogatões ſꝫ indelate ꝓpo
nat. Itẽ interrogat⁹ cur cõmunis
populus eã timeret. et dixit. Itẽ interroga
tus an ſciret ſe eſſe diffamatã. et q̄ odio habe
retur. et dixit. Item interro. cur illi ꝑſone
obiecit. dicendo. tu nõ tranſibis impune. Et
dixit.
Item interrogatus quid mali ſibi feciſſet
illa ꝑſona q̄ talia verba in eius damnũ ꝓtu
liſſet. et dixit. Et nota q̄ hec interrogatio
eſt neceſſaria vt deueniatur ad fundamentuꝫ
inimicicie q̄ꝛ in fine delata allegabit̃ inimici
ciam. ſed vbi nõ eſt capitalis ſed mõ muliebri
cõcitata nõ impedit. Hoc eni eſt maleficarũ
ꝓprium cõcitare aduerſum ſe. vel verbis inu=
tilibus aut factis. puta q̄ꝛ petit ſibi preſtari
aliquid. aut infert ei damnũ aliquod in or=
to et ſimilia ad hoc vt occaſionẽ recipiant et
ſe manifeſtant in verbo vel in opere. quã ma
niſeſtationẽ habent facere ad inſtantiã demo
num vt ſic peccata aggrauentur iudicũ dum
manent impunita. Nota etiã q̄ talia faciũt
nõ in aliorũ ꝑſentia vt ſi deponens vellet te=
ſtes ꝓducere nõ haberet. Nota etiã q̄ incitã
tur a demonibꝫ vt a multis maleficis et poſt
incineratis expti ſumus. ita q̄ cõtra ipſarum
voluntatẽ habẽt incitare et maleficiare.
Itẽ interro. quõ effectus potuit ꝯſequi ſu
per minas vt puer aut iumentũ tã cito male
ficiaret̃. et dixit. Itẽ interro. iterũ et quare
dixiſti q̄ nũq̄ꝫ deberet hr̃e ſanũ diẽ extra fa=
cium eſt. et dixit. Itẽ ſi oĩa negat. interroge
tur de alijs maleficijs alijs teſtibꝫ illatis pu=
ta in iumẽtis vel pueris.
Item interro. cur viſa fuerit in campis vl̃
in ſtabulo cũ iumẽtis tangẽdo ꝓut interdũ
ſolent facere. et dixit. Item interro. cur teti
git puerũ et q̄ poſtea male habuit. et dixit.
Item interro. q̄d egit in campis tpe tem=
peſtatis. et ſic de multis alijs. Itẽ vnde q̄
cũ habeat vnã vaccã aut duas q̄ plus abun
dat in lacte q̄ꝫ vicine habentes quattuor aut
ſex. Item cur manet in ſtatu adulterij aut
cõcubina. licet nõ deſeruiant ad ꝓpoſitum tñ
ſuſpitionẽ generãt amplius q̄ꝫ ſuper probas
et honeſtas delatas. Et nota q̄ ſepius ſuper
articulos cõtra eam delatos interrogãda eſt
vtrum maneat in eodem ꝓpoſito aut non.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
0 1 2 3 4
http://diglib.hab.de/inkunabeln/ 151-quod-2f-1 /start.htm

Qua confeſſione peracta et ſcripta ſiue ad partem negatiuam ſiue affirmatiuā ſiue ſub ambiguo. ſcribatur poſtea. Acta ſunt hec in tali loco ⁊c̄. vt ſupra.

Queſtio ſeptima in quā varia dubia declarantur ſuper premiſſa interrogatoria et reſponſiones negatiuas. An delata ſit incarceranda ⁊ quādo pro manifeſte deprehenſa in hereſi maleficarū ſit habenda. Et eſt actus ſecundus.

Queritur primo quid agendum ſi vt plurimū cōtingit perſona delata omnia negat. Reſpondetur. Judex habet circa tria attendere. ſcilicet ſuper infamiā. ſuper indicia facti: et ſuper dicta teſtium. ſi videlicet omnia inſimul concurrunt. aut nō. ſi omnia inſimul vt plurimū etiam cōtingit eo ꝙ malefice ſtatim ꝓpter forē facta in aliqua villa aut ciuitate infamantur. Indicia etiā facti ſunt pre oculis. puta in pueris maleficiatis aut in iumentis que ſepius inficiuntur aut lacte priuantur. numerus etiam teſtium eſt inſcriptus qui licet ſint ſingulares puta quia vnus depoſuit ꝙ puerū ſibi maleficauerit. alius vero iumentū, terci⁹ vero ſuper infamiam. et ſic de alijs. Tamen in ſubſtantia facti cōcordant puta in maleficijs et ꝙ vt malefica ſit ſuſpecta. et iſti teſtes licet nō ſufficiant ad cōdemnandū abſq; infamia vel etiam cum infamia, vt ſupra tactū eſt queſtione tercia tamen cum indicijs facti poſſet ex his tribus inſimul reputari non vt ſuſpecta vehementer aut violenter. de quibus ſuſpitionibus inferi⁹ declarabitur. ſed reputari vt manifeſte deprehenſa in hereſi maleficarū vbi vicz teſtes idonei id eſt nō ex inimicicia et ſufficientes in numero puta ſex octo vel decē iurati ꝯcurrerēt. et cōſequenter deberet penis in. c. ad abolendam. §. p̄n̄ti. de here. ſubiacere. et. c. excōmunicamus. ij. et hoc ſiue crimen ſit faſſa ſiue nō. et hec ſic ꝓbanť. Nam quod dictū eſt ꝙ vbi omnia tria prefata cōcurrunt tunc pro manifeſte deprehenſa in hereſi debet reputari nō eſt intelligendum ꝙ neceſſario omnia tria incurrere ſed probatur ſic per argumentū a fortiori. Nam vnum quodq; per ſe inter illa duo que ſunt indiciū facti et teſtium ꝓductio legitima/poteſt reddere aliquē vt ꝑ deprehenſo in heretica prauitate habeať. q̄to magis vbi ambe ꝓbationes pariter cōcurrunt. Nā iuriſte vbi querūt quot modis de iure aliquis habetur pro manifeſte deprehenſo in heritica prauitate. Reſpondent ꝙ tribus vt notat Bern. in glo. ordinaria. in. c. ad abolendā. §. p̄n̄ti. et ver. deprehenſi. extra de here. et tactum eſt ſupra in queſtione prima in principio operis ſcz facti euidentia. puta qꝛ publice p̄dicauit hereſim. hic autē ponimus indiciū facti ꝓpter publicas minas quas intulit. dicendo nunq̄ ſanos dies habebis vel ſiīe et effectus fuit ſubſecut⁹. ſequiť vel legitima ꝓbatione ꝑ teſtes. vel tercio ex ꝓpria cōfeſſione. vnde ſi vnumquodq; illorū per ſe facit et reddit aliquē tam ꝙ manifeſte ſuſpectū. q̄to magꝫ inſimul iungendo infamiā et indicia facti cum teſtiū depoſitione. licet ibi dicať euidens factū et hic indicium facti et hoc eſt quia diabolus non manifeſte operatur ſed occulte. damna aūt et inſtrumēta maleficij que reperiunť dant indiciū facti vnde vbi euidens factū in alia hereſi ſolum ſufficeret. hic adiungimus tria.

